

Q. 179. 2

Cum DEO,
DISPUTATIO,

Vf
1056

De
VENATIONE,

X 1974206

Desumpta

Ex Jure Civili privato, Publico, Feudali, Canonico,
Saxonico & Consuetudinario.

Quam

Indultu, Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi, ac
Consultissimi Jctorum Ordinis, in Illustrissima ac ce-
leberrima Academia Jenensi,

SUB PRÆSIDIO

VIRI Amplissimi, Consultissimi atq; Excel-
lentissimi

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

DN. ERASMI UNGEPAUR,
JCTI EMINENTISSIMI, Professoris publici, Fa-
cultatisq; Juridicæ Senioris meritissimi, Consilarii Saxo-
nici, Dicasterii Provincialis & Scabinatus Adsefforis
gravissimi, Præceptoris, Patroni, ac Promo-
toris mei, observandorum obser-
vandissimi.

Publicè disputandam propono

IN AUDITORIO Jctorum

Die Augusti.

CHRISTOPH. DANIEL SCHNEZDER
HALENSIS SAXO.

BIBLIOTHEK
PONICKAU

Illud ipsum silentium, quod venationi datur, magnum cogitationis
est invitamentum, Plinius lib. 1. ad Cornel. Tacit.

Typis STEINMANNIANIS, Anno M. DC. XXXIIX.

9



D. 13. 1. 1711
VERMÄHLUNG

ANNO 1711

Am 13ten Jan. 1711
wurde in der Kirche zu ...

... verheiratet ...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

VERMÄHLUNG
ANNO 1711





I. N. S. T.
DISPUTATIO JURIDICA,
DE VENATIONE
PRÆFAMEN.

Mihi sanè hætenus, materia venationis jucundissima, vehementissimè arrisit, adeò, ut de illa disputationem suscipere ac conscribere, mecum constituerim. Præ aliis autem, ad id subeundum, duo me duxerunt. Unum erat materiæ hujus usus antiquissimus, de quo testatur *Harpprecht. ad S. feræ. 12. f. de R. D. nec non etiam æquissimus, expressè quippe à DEO hunc acquirendi modum hominibus esse mandatum legitimus Genes. c. 1. & 9.* Alterum quo movebar, materiæ erat utilitas, ususq; quotidianus, *juxta Petrum Gilckenium in comm. ad d. S. feræ f. de R. D. n. 15. & Georg. Mor. de nigro monte in tr. de jur. venandi. p. 1. c. 1. n. 1. cum 2. seqq.* Quamvis autem me nō lateat, monere Jctum Paulum in *l. 25. de liber. leg.* quotidiana plenius esse pertractanda, verum enim vero, cū hæc materies latissimè pateat, me monito Jcti satisfacturum, pro hac vice despero, propositum enim mihi est, conscribere dissertationem, non absolutum tractatum: annitar tamen ut methodo perspicuâ, huic etiam materiæ fortè novâ (conveniente tamen) uti queam, ne in omnibus alios imitari, nec quicquam de meo adjicere voluisse videar; quod infelicis esset ingenii. *Angel. Polit. L. 8. epistolar. epist. 16.* Quia verò secundum *Bl. in rubr. C. de nov. Cod. comp. n. 1.* omne causarum principium, quod est ipsius causa, & maximè ad principium, quod est prima causa causarum, sicut est DEUS, referri debeat: merito & ego ab eodem sum fa-

Sturus initium. Quod esto in nomine Domini nostri Jesu Christi cum Imper. in l. 1. C. de prefect. prator. Africa. l. 3. C. de V. J. Enucl. & aliis quamplurimis in locis.

THESIS I.

OMnis, quæ à ratione suscipitur, de re aliquâ institutio, debet à definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputatur inquit Cicero L. 1. Officior. quem sequitur Bl. in prelud. feudor. n. 8. & Sigismund. Scaccia L. 1. de jud. caus. civil. & crim. c. 2. n. 3. & Dd. comm. Cui monito & mihi parendum puto, ponens principio definitionem.

II.

Definitio autem, communiter distinguitur in Nominalem: & Realem. Prius proponam nominalem, cum juri operam daturis, nosse prius conveniat, unde nomen juris descendat, Ulpian. in l. 1. de J. & J. E re etiam esse censetur, priusquam ad verborum interpretationem perveniamus, ut pauca de significatione tituli referamus: idem Ulpian. in l. 1. de R. C. Exemplum quoq; ubi præponitur nominalis reali definitioni, est in l. 1. §. 1. de pactis.

III.

Porro, definitio nominalis, in tribus potissimum cum consistat: Homonymia videlicet, Etymologia & Synonymia, de singulis utiq; ordine & in specie erit agendum.

IV.

Prius erit pertexenda Homonymia, tritum enim satis est illud; Errorum genitrix est æquivocatio semper. Nihil verò tam contrarium est consensui, quam error l. 15. de Jurid. l. 116. de R. J. Consensum autem in disputando qui tollit, solem è mundo tollenti non videtur absimilis, ridicula siquidem hac ratione, elusoria ac inanis omnis evaderet disputatio, si de cepis loquentem, alter de allio exaudiat. Cui malo, in tempore subveniri curabo.

V.

In quem finem, omnem sum exhibiturus vocabuli venationis significationem, quæ varia licet sit, ad duo tamen capita illam restringere ac redigere tentabo. Sumitur itaque venationis vox, vel propriè; vel impropiè.

VI. Im-

VI.

Impropriè, tribus modis accipi videtur. I. pro prædatoria hominum oppressione *Michæ. 7. v. 2. Jerem. 16. v. 16.* Quam ob causam Nimrod robustus venator coram domino vocatur *Genes. 10. v. 9. c. non est. 3. dist. 6. in fin. Andr. Osian- der ad d. c. 10.* II. Pro decertatione cum bestiis, quæ vulgo venatio arenaria vocatur. De qua vid. *Lips. 1. Saturnal. 14. l. 1. §. 6. de postul. l. 122. de leg. 1. l. 4. de adm. rer. ad civ. Nov. 105. c. 1.* dicuntur hæ venationes lachrymosa spectacula *l. ult. C. de feriis.* illarum spectatores mortaliter peccant. *c. vident. 10. dist. 86.* illisq; operas locantes sunt infames *d. l. 1. §. 1. vers. quod si.* III. Sumitur pro adulatione & captatione alicujus rei, quo sensu accipi videtur *apud Plautum in mil. glor. act. 4. & Cicer. in orat. ad Herenn. & pro Cluent.* Et sic puellæ venari dicuntur *in Nov. 14.* hoc est inescari seu captari, verbis blandis, vel munusculis.

VII.

Propriè accipitur pro callidâ animalium ferarum captura. Hoc tamen rursus fit vel latè, vel strictè. Latè, si accipimus, comprehendit venationis vocabulum aucupium & piscationem *Vultejus L. 1. J. R. c. 70. n. 11. & textus est in l. 1. §. 1. de A. R. D. §. feræ 12. J. de R. D.* ubi dicuntur omnia animalia, quæ terrâ, cœlo & mari capiuntur: hoc est, feræ, volucres, & pisces. Feræ enim terrâ continentur, pisces in mari, volucres cœlo; id est, aère, prout explicant *Borcholt ad d. §. 12. Heigius p. 1. quest. 15. n. 12.* Unde communiter de his tribus simul agitur, ut in *d. §. 12. & alibi vid. Sebast. Medices in præfat. tr. de venat. piscat. & aucup. n. 34. Georg. Mor. d. tr. p. 1. c. 1. n. 12.* quamvis certo respectu multum inter se differant *Wesenbec. in π. de A. R. D. n. 7. in pr.*

VIII.

Strictè deniq; accipitur, pro ferarum terrestrium infidiosâ illaqueatione & persecutione, vulgo venatio saluosa & clamorosa *Seb. Med. d. tr. p. 1. q. 1. n. 5. Wes. d. l.* Et hic significatus proprius erit hujus meæ disputationis.

IX.

Perspectam hæctenus Homonymiam, excipit inspici-

enda Etymologia. Sunt quidam, qui dictam putant venationem à vento; Sunt quidam, qui à venis derivare conantur: *Becman. de orig. lingvæ Lat. venari, idem esse vult, quàm ferarum cavernas scrutari. Quicquid horum sit, de nomine, mihi valdè laborandum non puto, modo res ipsa constet, quæ ut plurimum, nomine solet esse obscurior, Bachov. tr. de action. Diss. 4. th. 13. Olim etiam Philosophis aliisq; doctis viris, major semper rerum cura fuit quàm verborum, idem Bachov. d. tr. Diss. 1. th. 7. Interim tamen consuli poterunt Varro Lib. 4. & Pontan. vol. 3. progymnasium. p. 2. coll. 77.*

X.

Etymologiam, sequitur ultima Definitionis nominalis pars, Synonymia. Dicitur interdum venatio, Idiæctio forrestalis, bannum sylvestre seu ferinum; nostris *Forstliche Obrigkeit und Berechtigkeit / Jagtrecht / Wildbahne / Wildbann / Behåge / Besandt.* Accuratius tamen loquendo, non nihil prædicta distingvi possunt, quamvis hac de re non una sit *Dd. sententia. Wehner. in observat. pract. verbo Forstrecht Rudinger. cent. 5. obs. 63. Harpr. ad §. 12. J. de R. D. n. 263.*

XI.

Sic itaq; ex integro propositæ Definitioni nominali, subjungenda esset realis: mihi tamen antequam id faciam, pauca de juris venandi diversitate interponere libet. Cùm enim, longè aliud fuerit illud, quod de Jure gentium omnibus competeat; & aliud, pro ut hodie considerandum venit, post restrictam à principibus hunc venandi usum promiscuum, necessario mihi incumbet, tempora distingvere, quo eò accuratiorem definitionem realem dare possim.

XII.

Quanquam, jam magni interesse non videatur, si planè de jure veteri tacerem, præsertim cum ejus substantialia quodammodo sint mutata. Verum enim vero, cùm antiqua nosse, suum quoq; habeat usum, monente *Justinian. in S. 1. J. de testam. ord. nec ego illa sum prætermitturus, sed potius vetustiora præmittenda cùm sint arg. l. 1. de A. R. D. §. 11. J. de R. D. & ego eadem præmitto hodiernis.*

XIII.

Notandum proinde, de hoc jure veteri jus venandi
omni-

omnibus omninò hominibus licitum fuisse §. 12. *J. de R. D. l. 1. l. 3. de A. R. D.* adeò etiam, ut contra prohibentem vel impredientem illud, injuriarum competierit actio, ut constat ex *l. 13. §. 7. de Injur.* cujus verba, hæc sunt: nam si quis re mea uti non permittat, injuriarum tenetur: item in verbis: sæpissimè rescriptum est, non posse quem piscari vel aucupari prohiberi.

XIV.

Planè tamen, si quis alterius fundum venandi vel aucupandi gratiâ velit ingredi, potest à Domino, si is præviderit, prohiberi *d. §. 12. d. l. 13. l. 16. de S. R. P.* qui verò contempta domini prohibitione, nihilominus fundum ejus ingreditur, actione injuriarum illi tenebitur per *d. l. 13.*

XV.

Cæterum, num contra prohibitionem domini ingressus, id, quod cepit, faciat suum, magna est *Dd.* concertatio. Sunt non pauci, qui negant, quorum familiam ducit decus illud juris nostri (sic illum vocat *Herm. Gæhaus. peric. acad. p. 2. sub fin. indicii*) *Cujacius 4. obs. c. 2. circ. fin.* quem sequitur *Gothofr. in not. ad Schneidew. in §. fere. J. de R. D. & plures alii relati à Gilcken. in d. comm. ad §. 12. J. de R. D. n. 11.* Contra tamen sentientium verior mihi videtur opinio, quæ est *Wesenb. in d. §. fere n. 2. Schneidew. ibid. n. 7. Br. n. 1. Castr. n. 4. & in not. poster. n. 1. Vult. n. 8. & L. 1. J. R. c. 70. n. 13. Donek. 4. comment. c. 8. Rol. à Valle cons. 9. vol. 2. Andr. Gerhard. exerc. Justin. decad. 4. th. 7. Magnif. Dn. Arumai p. m. Præceptoris ac Patroni, dum viveret mei, in ipsâ adhuc morte, satis nunquam celebrandi exerc. 4. th. 11. & deniq; Amplif. & Excellentif. Dn. Præsidi, Præceptoris, Patroni ac Promotoris mei observandorum observandissimi exerc. 5. quest. 4.*

Q. 2.

XVI.

Ratio meæ assertionis prima & principalis hæc est, quam etiâ tradit *Covarruv. in cap. peccatum p. 2. §. 8. n. 6.* quod omnia censeantur licita, prohibita quæ non reperiantur *arg. l. 5. C. de LL. l. 43. §. 1. de procurat. l. 28. §. 2. ex quib. caus. major. l. 12. de judic.* jam verò ingressus tantummodo in fundum alienum prohibetur *d. l. 3. de A. R. D. & d. l. 16. de S. R. P. l. 11.*
C. de

C. de servitut. d. l. 13. de injuriis & d. §. fera tantum igitur contra faciens injuriarum erit reus, d. l. 13. §. fin. d. t. capta verò faciet sua.

XVII.

Alias adfert rationes *Harpr. ad d. §. fera n. 19. & seqq.* cujus præcipua illa est: quod *in d. §. fera & d. l. 3. §. 1.* dicatur, posse aliquem alienum fundum ingredi, posse etiam à domino prævidente prohiberi; statim autem his subjicitur: quicquid illorū captum fuerit, eousq; nostrum esse, quam diu id teneamus. De eodem igitur casu, hæc verba sequentia loquuntur, de quo priora, nimirum de venatore contra prohibitionem ingresso. Reliquas *Harpr.* rationes breviter congeffit *Val. Gulielm. Forster. Disp. ad Instit. 6. tit. 12.* quæ inde peti possunt.

XVIII.

Media inter utramq; sententiam est *Gl. in d. §. fera in verb. ingrediatur*, distingvit enim, an fructus ex venatione constent, an non: priori casu non facere suum putat, posteriore, omnino fieri venatoris contra prohibitionem capta existimat, & hanc sententiã amplectuntur *Mysing. in d. §. fera n. 8. Angelus ibid. Felin. in c. omnes leges. dist. 1. in addit. ad Abbat. circ. fin. Chassaneus ad consuet. Burgund. rubr. 13. §. 7. n. 5. quos sequitur Gilcken. d. l. n. 13.* Hi verò omnes moventur per *l. 26. de usuris & l. 9. §. 5. de usufr.* Qui tamen textus, mihi tanti nō videntur, quo à semel positã affirmativã recedam. Respondeo enim ad illos, dupliciter vocem fructus accipi, aliquando generaliter: ut *in dd. text.* aliquando specialiter: in quã speciali fructuū appellatione, id tantum venit, quod ex qualibet re ita percipitur, ut ex eã salva sit renasciturum *arg. l. 9. in pr. l. 59. §. 1. de usufr. l. 7. §. 13. solut. matr. Fachineus L. 7. contro. jur. civ. c. 96.* & hi fructus, ad dominum fundi pertinent, quia, pars ipsius fundi censentur *l. 44. de R. V. l. ult. §. 4. & 6. quæ in fraud. cred. &* hos fructus qui auferunt, furtum facit *l. 12. §. 5. de usufr. cum sim.* Jam verò, feræ bestię & volucres in fundo liberè vagantur, nec proinde pars ejus haberi poterunt, neq; etiam jure dominii ad dominum fundi pertinebunt *l. 3. §. 14. de A. P.* Quare, etsi in lata seu generali

Q. 3.

nerali fructuū significatione comprehendantur: minimè
gentium tamen, propriè fructus rectè dicuntur *arg. l. 121.
de V. S.* Secundò, Responderi quoq; potest (posito non ta-
men concessio) inter veros, fructus venationum esse collo-
candos, attamen erunt industriales, *Aug. Ber. in c. gravis n. 16.
de restit. spol. Seb. Med. d. tr. p. 1. q. 16. Gothofr. in not. ad d. l. 26.
de usur. lit. A.* Jam verò industriales perceptos, bonæfidei
possessor restituere non tenetur, sed suos facit, per ea, quæ
ex *Donell. & aliis tradit Ampliss. Dn. Præses exerc. 5. quæst. 12. in
Nego.* Contra prohibitionem autem venantem, bonæfidei
possessorem esse, satis luculenter evincit *Harpr. ad d. §. feræ
n. 40.* His itaq; præmissis, fortiter ex illis concludo, contra
prohibitionem quid capientem, id facere suum, siue fru-
ctus constent ex venatione, siue non.

XIX.

Hæc verò conclusio, suas habet limitationes & expli-
cationes. Et primò quidem explicatur, licet, restituere
capta contra prohibitionem venatus non teneatur, sed sua
faciat, acerbâ tamen domino tenetur actione injuriarum
d. l. 13. de injur. vid. supr. t. b. 13.

XX.

Sed, hic mihi non inconvenienter quæri posse per-
svadeo? num, si post ingressum, interposita fuerit prohi-
bitio, dicta actio locum sibi vindicare queat. Negant hoc
*Angel. in d. §. feræ n. 1. & 5. Pruckman. tr. de regal. §. venatio c. 6.
n. 27.* Mihi affirmativa placet *per text. in l. 11. ibiq; Gothofr. de
vi & vi arm. l. 8. de servit.*

XXI.

Præcedenti, finitima est illa quæstio? an contra pro-
hibitionem ingressus, monitus prius ut exiret, ptopriâ au-
toritate & vi, à Domino expelli possit? quod Affirmo per
*d. l. 11. de vi & vi arm. ubi vim facere dicitur, qui contra do-
mini voluntatem, aliquid in fundo ejus instituit. Ast, vim
vi repellere licet l. 3. de J. & J. l. 45. §. 4. ad L. Aquil. l. 1. §. 27.
de vi & vi arm.* Quia verò privata incarceration & captura
est illicita *tot. tit. C. de privat. carcer. inhib. & tot. tit. C. ne quis in
sua caus. jud. venatorem, dum est in actu venationis, capi vel*

B

deti-

detineri posse non puto. *Gl. in d. l. 16. de S. R. P. Seb. Med. d. tr. p. 1. q. 26. Jacob. de S. Georg. in tr. feud. verb. cum venatio. n. 4.*

XXII.

Q. 6. Ex præcedentibus, illa quoq; fluit quæstio? An armatâ manu dominus ingredi volenti resistere possit. Et hic quoq; Affirmativa verior *Gl. in l. 3. §. 1. vers. planè de A. R. D. Cæpolla de S. R. P. c. 21. n. 3. in fin. Seb. Med. d. tr. p. 1. q. 26. n. 2.* Si enim ingressus expelli, multo magis nondum ingresso resisti poterit.

XXIII.

Secundò, prædicta conclusio explicatur, quod contra prohibitionem ingressi, L. Aquiliâ teneantur, si damnû dederint fundo, per læsionem fructuum, vel alio quovis modo *Giphan. ad d. §. feræ J. de R. D. ibidem Rittershus. pag. m. 254. circ. fin.*

XXIV.

Q. 7. In hujus actionis æstimationem, num etiam veniant feræ, quas Dominus ipse capere potuisset, si venator ingressus non fuisset, non elegantis est quæstionis. Mihi negativa sedit, propter l. 29. §. 3. vers. planè ad L. Aquiliam. Huic tamen sententiæ, hanc adjicio restrictionem, ut aliud obtineat, si tam certa & infallibilis fuerit venatio, ut nunquam fallere soleat, quam limitationem innunt verba d. l. 29. (*cum incertum fuerit an caperentur*) à contrario igitur (*cum eadem sit ratio contrariorum l. 35. l. 153. de R. J.*) si certum fuerit, illas capi, contrarium quoq; obtinebit *Georg. Mor. d. tr. p. 1. c. 10. n. 2.*

XXV.

Q. 8. Tertiò, à plerisq; supra dicta conclusio restringitur, putant enim illam fallere, si per judicem facta fuerit prohibitio de non ingrediendo fundo, *Faber ad §. feræ. Pruckm. d. l. c. 6. n. 25. Rol. à Valle conf. 9. n. 25. quos omnes movent l. 7. §. 5. pro emptor. & l. 8. de pollicitat.* Mihi, contra sentiendi ratio hæc est, quia fortior est prohibitio legis quàm judicis, *Br. & Dd. comm. in l. 5. C. de Ll.* Si itaq; lex acquisitionem domini non inhihet, multo minus judex id faciet, *Harpr. ad d. §. feræ. n. 56.* Cui rationi hæc addi potest, prohibitio

bitio non efficit, ut feræ quæ in alieno degunt, communes esse desinant, sed adhuc nullius esse censentur, per ea quæ affert Covarr. in d. c. peccatum. 4. de R. J. in 6. p. 2. §. 8. n. 2. & 4. quod verò nullius est, id naturali ratione conceditur occupanti d. §. feræ. l. 3. l. 30. in fin. de A. R. D. quæ ratio naturalis auctoritate magistratus, seu iudicis mutari nequit l. 2. de Usufr. ear. rer.

XXVI.

Quartò & ultimò, dicta conclusio restringitur, nisi consuetudine aliud sit receptum; ut videl. fera in alieno capta, capientis non fiat. Job. Faber d. l. n. 2. Rol. à Valle d. cons. 9. n. 26. vol. 2. Jacob. de S. Georg. d. tr. §. venatio. col. 1.

XXVII.

Et hæc hæctenus de ingrediente fundum alienum. U-
nicum adhuc de illo hic erit quærendum? Utrum sc. in a-
lieno capiens animalia invito domino furtum committat.
Et, cum ex præcedentibus de hac quæstione facile sit con-
cludere, unicam saltem negativæ meæ adducam rationem.
Furtum, perhibetur esse rei alienæ contrafactio fraudulosa
in l. 1. §. ult. de furtis. §. 1. J. de oblig. quæ ex del. nasc. feræ autem
in alieno liberæ vagantes, nullius in possessione multo mi-
nus dominio sunt d. §. feræ. l. 1. §. 1. l. 3. §. 14. de A. P. l. 1. l. 3. l.
5. §. 1. de A. R. D. l. 26. de furtis. juncta l. 1. §. 15. si is qui testam. lib. esse
juss. Cujac. 4. obs. c. 2. n. 15. Contraria sint reservata conflictui,
& plura hac de quæstione infra, ubi quid hodie de illâ ob-
servetur, simul notabitur.

Q. 9.

XXVIII.

Illud hic monere necessum erit, me intelligere feras
in naturali laxitate relictas, quando dico illarum furtum
non fieri. Indubitatum enim est illos furtum committere,
ejusq; poenâ promereri, qui vivariis vel aliis modis inclu-
sas, ita, ut evagari nequeant, furripiunt, tales siquidem à
nobis possidentur, & domini sunt nostri d. l. 5. §. 1. d. t. & d.
l. 3. §. 14. de A. P. l. 62. §. de Usufr. Zoannettus in tr. de dupl. venat.
n. 102. cum seqq. Natta consil. 375. Gail 2. obs. 68. in fin.

XXIX.

Simili modo furtum facere illum constat, qui man-

B e

sveta

sveta animalia, vel arte cicurata nobis eripit, vel detinet.
§. gallinarum 16. §. de R. D. l. 5. §. 6. de A. R. D. l. 8. §. 1. fam. erisc.
l. 37. de furtis & illorum quidem simpliciter fit furtum, ca-
pitaliter etiam aliquando illud punitum à Tiberio legimus
apud Suet. in ejus vita c. 60. De his verò (intellige arte man-
svecta) talis est recepta regula: ut tam diu nostra videan-
tur, donec animum revertendi habeant, quem habere ubi
desierunt, occupantis fiunt. Et propterea, post depositum
animum revertendi, illorum furtum non fit. Hunc autem
animum revertendi habere non putantur, cum deserunt
consuetudinem redeundi, ut constat ex §. 15. §. de R. D. l. 5.
§. 5. de A. R. D.

XXX.

Et hæc dicta fuerunt de retinendo animali mansveto,
seu cicurato, secus obtinet, in retinendis feris, illa enim
tam diu nostra videntur, quam diu nostra coercentur cu-
stodia, quam si evaserint, & in naturalem libertatem se re-
ceperint, rursus sunt occupantis, l. 44. de A. R. D. l. 3. §. 14.
de A. P. Hanc autem libertatem recepisse intelliguntur, ubi
vel oculos effugere nostros, vel ita in conspectu sunt, ut
difficilis sit illarum persecutio, d. §. fera d. l. 3. l. 5. de A. R. D.

XXXI.

Unde emersa est veterum Jurorum quorundam quæ-
stio, quam refert Justin. in §. 13. §. de R. D. & Cajus in d. l. 5. §.
1. de A. R. D. Utrum videlicet, fera ab aliquo vulnerata, ita,
ut capi possit, statim sit vulnerantis. Quamvis bonis ratio-
nibus niterentur affirmantes, negantium tamen opinio-
nem confirmare placuit Justiniano in d. §. 13. ea potissimum
ex ratione, quod multa possint accidere quo minus capia-
tur. Hodie quid de hac quæstione sit juris, infra th. 114. di-
cetur.

XXXII.

Omnia hæc, quæ de jure venandi antiquo dicta
fuere, ad illam tendere videntur regulam. Quod nullius
est, id naturali ratione conceditur occupanti, quæ regula
habetur in d. §. fera & l. 3. in pr. l. 30. in fin. de A. R. D.

XXXIII.

Huic verò regulæ hodierno tempore valde est dero-
gatum,

gatum, postquam omnem venationem principes occupa-
runt, sibiq; appropriarunt. Hinc orta vexatissima & com-
munissima, non tantum Jctorum & Politicorum, verum
etiam Theologorum, quaestio, nostrae disputationis prin-
ceps? An nimirum venationem jure occupaverint princi-
pes vel non? Quam quaestionem, cum sufficientem mate-
riam praebere videretur, solam disputationi destinaveram,
mutato tamen certis de causis consilio, totam materiam
pertractare incipiebam.

Q. 10.

XXXIV.

Sed hic Rhodus hic saltandum; hic semel quid statu-
endum, diu deliberandum. Affirmativam quamvis com-
munem (quippe, pro qua exercitum Dd. se producturum
promittit *Harpr. d. S. fera n. 99. in fin.*) sequi periculosum.
Contra sentire negando sacrilegium: quid ergo statuen-
dum? Medium me inter duas praestando, cum Jctorum
pari non contemnendae auctoritatis (*Wesenbecio, & Ex-
cell. Dn. Riemero p. m.*) rem expedire tentabo, ita ut quo
adfieri poterit, veritati opera detur: Principi verò (de cu-
jus judicio disputare sacrilegii est *l. 3. C. de crim. sacril. debi-
tus & humillimus honor reservetur.*

XXXV.

Quod igitur statuo hoc est. Nullo quidem jure prin-
cipes venationes subditis ademerunt, hodiè tamen, post
immemoriale tempus, justissimè illas possident ac obti-
nent, quam sententiam innuunt, *Wesenb. in π. de A. R. D. n. 7.
Excellentiss. Dn. Riemerus p. m. decad. 4. coroll. 1.*

XXXVI.

Nullo jure occupasse Principes omnem venationem,
sic probo: Princeps, contra jus divinum & naturale, sine
justissimâ causâ, facere non potest §. 11. *J. de J. N. G. & C. dist.
5. in pr. & can. ult. §. his itaq; dist. 6. &*, hoc omnes ferè contra
sentientes concedunt. Jam verò indubitatum est, hoc jure
competere privatis jura venandi *Genes. c. 1. v. 26. & 28. & c.
9. v. 3. d. §. fera J. de R. D. l. 1. de A. R. D.* Quâ de causâ consue-
tudinem venationes prohibentem, nullius momenti esse
putat, *Roch. de Curt. de consvet. fol. 21.*

B 3

Verùm,

XXXVII.

Verum, ad *d. c. Genes. 1. Instat Harpr. n. 100.* dicendo, eodem capite *Gen.* omnem herbam hominibus concedi, quâ tamen, omnibus pro lubitu uti non liceat. Sed R, à disparibus mala cum fiat illatio, *arg. l. 20. de minor. mala utiq; ab iisdem quoq; dabitur instantia.* Diversissima autem sunt animalia fera, & herba, præsertim hoc nostro casu: Herba quippe solo continetur & solo cedit, *§. 31. J. de R. D. ratio hujus rei redditur in l. 3. §. 1. & 2. arb. furt. cas. & l. 9. §. 2. de damno infecto* quæ hæc est, quod vita arborum & herbarum posita sit in radicibus, secus autem est in feris ut supra dixi, hæc enim solo non continentur, & hanc elegantem diversitatis rationem, proponit *Seb. Med. d. tr. p. 1. q. 7. n. 2. & 3.* Insuper etiam hoc addi potest, dictam conclusionem (nimirum, non licere omnibus herbis uti) simpliciter veram non esse, cum mihi nullum sit dubium, illam herbam, quæ sine hominis industriâ crescit, cujuslibet decerpentis fieri, & huic herbæ similes sunt feræ bestię, quæ quoq; ad sui conservationem nullâ hominis indigent industriâ. Aliud est in herbis quæ accedente hominis industriâ, coluntur & incrementum accipiunt, has enim non cujuslibet, sed illius, qui illam sevit esse, constat: Et his herbis nõ malè comparantur pecora domestica, & cicurata, quæ hominis curam quoq; requirunt, & propter eandem, illius propria reputantur.

XXXVIII.

Aliter quoq; *Dd. ad d. textus Genes.* Respondere satagunt, & ex iis, *Harpr. n. 102.* Dicunt enim, si *d. text. Gen. de dominio* esset intelligendus, hoc absurdum inde sequi, ut mansveta pecora adhuc communia esse debeant (quam tamen consequentiam nullam esse, ex ratione diversitatis, inter animalia fera & cicuria, *thes. preced. datâ,* satis constare puto) idèò ad evitandum hoc absurdum *d. text. Genes.* accipiunt, quasi vellet, ut omnes bestię etiam ferocissimæ, hominem formidare debeant, hujusq; suæ explicationis colorem accersunt, ex *d. c. Gen. 9. v. 2.* Verùm quicquid continentur, hæc diversissima esse, dominium rei & formidationem

nem

nem ejusdem, *d. text. Gen. 9.* satis clarè ostendit. In *vers. enim. 2.* agit de hominem formidantibus bestiis: in *vers. verò. seq. 3.* agit de dominio ferarum, seu potius ejusdem effectu, concessione in cibum, ubi hæc subjunguntur verba: instar herbæ viridis, omnia dedi vobis. Quocirca, quemadmodum liber usus herbarum, à principe, sine justissimâ causâ (penè dixerim nullâ ex causâ: quippe herbarum vi & efficaciam hominibus recuperatur sanitas) adimi nequit, ita nec liber usus ferarum, ad quem, venatio seu apprehensio earundem *vi l. 2. de juridict.* requiritur, nam hæc duo in *d. c. Genes.* comparantur.

XXXIX.

Aliter magni nominis respondet J. Crus ad *d. c. Genes. 1.* Intelligit hic *d. text.* de statu hominis ante lapsum; quod etiam verum est, & consentio in hoc cum illo, ante lapsum quidem hanc legem à Deo esse latam, veruntamen, inde nõ efficitur, hanc legem esse sublatam. Expressim quippe eandem repetit Deus in *seq. cap. Gen. 9. v. 2.* ubi agitur de statu post sublatam communionem bonorum. Et ex his illud quoq; ruere videtur argumentum, ubi sic colligunt: si *d. c. Genes. 1.* generaliter est intelligendum, sequitur omnia adhuc hodiè communia esse debere.

XL.

Et hæc de minore meâ, quæ volebat, jure divino competere omnibus venationes, dicta sufficiant. Non desunt quoq; Dd. qui majorem impugnent, quæ sic habet: hoc de jure divino est statutum, ergo pro lubitu à hominibus mutari nequit: & angustè nimis illam accipiunt, ut tantum procedat, si ad religionis causam spectet, quod præceptum est, secus autem esse, si ad distributionem juris. Quamvis, Dd. hæc limitatio, satis probata nondum sit: insuper tamen sic responderi potest. Hac nostra in quæstione, agi de peccato vitando, eandemq; maximè concernere religionem, quæ vult, Deo plus esse obediendum, quàm hominibus. *Actor. 5. vers. 30.*

XLI.

Illud quoq;, quod *supr. th. 36.* de jure naturæ dixi, illud

lud principem mutare non posse, controversiâ vacuum nō
 est. Respondet enim ad hoc, *Covarruv.* quem sequitur *Ge-
 org. Mor. d. tr. p. 1. c. 1. n. 43.* distinguendo inter jus naturæ
 positivum, & negativum. Dicunt etiam, hanc argumenta-
 tionem esse vitiosam, hoc jure naturæ statutum est, ergo
 mutari non potest. Sed hi satis refutati cum sint à *Gilcken.*
in d. comm. ad S. fere. n. 34. ego hic nihil addo, quàm hoc,
 quod distinctio dicta, alioquin bona, malè hic accommo-
 detur. Aliam quoq; afferunt responsionem, ex *Gl. in l. 6. de
 J. & J.* Principem quidem in genere jus naturale abrogare
 non posse, illi tamen ex rationali & necessariâ causâ, illud
 ex parte restringendi facultatem esse. Mihi verò, hætenus
 nulla illarum quas afferunt, cum *Excellent. Dn. Riemero p. m.*
 sufficiens visa fuit, (salvo tamen cujusvis saniore iudicio)
 quod clarius evadet, ubi singulas proposuero, iisdemq;
 pro viribus respondero.

XLII.

Et principio, generales tres propono Responsiones,
 quarum singula, plerisq; accommodabitur rationibus. I.
 Pleræq; Dd. causæ, in conjecturis illorum consistunt me-
 ris, & nullo textu, vel alio modo probare illas possunt, has
 ob causas prohibitas fuisse venationes (solâ exceptâ armo-
 rum gestatione.) Erubescant igitur sine lege loqui, *per Nov.*
18. c. 5. II. Propter abusum rei, usus illius non est tollen-
 dus, pleræq; tamen illorum causæ, in abusu consistunt. III.
 Si hæ causæ sunt sufficientes, non video cur non & hodiè
 propter easdem subditi à venando prohiberi possint, illi,
 quibus ex jure gentium adhuc competit, quod tamen fieri
 non posse, ipsi fatentur à nobis dissentientes *Noe Meurer im
 Jagt und Forstrechte p. 2. p. m. 37. Henr. Rosenthal. de feud. c. 5.
 concl. 24. lit. A. qui citat Jasonem & Decium.*

XLIII.

Prima ac princeps, quam afferunt Dd. ratio, hæc est,
 ut Princeps pro molestiis, quas in gubernatione sustinet,
 recreationem habeat. Veruntamen dici hic. 1. potest, Prin-
 cipem, hac recreatione frui posse, licet aliis fuerit commu-
 nis venatio. 2. Alia multa dantur delectationum genera,
 Prin-

Principe non indigna, fortè etiam majora venatione, ut sic recreandi gratiâ, benedictionem divinam, in genere hominibus collatam, infringere non fuerit necessum. 3. Maximi Heroes venatibus indulserunt, iisdemq; se recrearunt, quorum unicum nominasse sufficiat, Alexandrum M. qua de re plura infra, neq; ex hac causâ reliquis hoc jus ademerunt, quod tamen illos fecisse ambigendum non est, si cognovissent, usum communem, delectationi suæ obstare: & hoc eò magis, cum illis tanquam Ethnicis de mente divinâ nihil constaret.

XLIV.

Proxima præcedenti, est illa: ne per communem venandi usum, tranquillitas publica impediatur. Verùm communi venatione, tranquillitatem publicam non violari, vel hoc argumento est, quod hac ratione Resp. Romana & aliæ veteres Resp. tanquam in quibus venandi licentia omnibus pateret, fuerint inquietissimæ, quod non facillè dicendum. Constat quoq;, adhuc hodiè in Hungariâ licitas quibusvis esse venationes, ex *Lansio in orat. pro Hungar. p. m. 568.* nihil tamen refert de Rep. illius inquietâ & turbatâ, sed potiùs contrarium.

XLV.

Tertia, quam afferunt, hæc est: quod interdictus sit privatis armorum usus. Verùm hæc nihil facit ad rem, videmus enim, principes non illas tantùm prohibuisse, quæ armis peraguntur, (qui est minimus venandi modus) sed etiam illas quæ sine armis, quare armorum gestationem illis prohibendi causam dedisse, mihi persuadere nequeo. Et posito sanè hanc fuisse causam, hodiè ubi plerisq; in locis arma gerere, non tantùm permittitur, sed insuper injungitur, eo ipso, venationes quoq; permitti deberent: Cessante enim ratione prohibitionis, ipsa quoq; cessabit prohibitio *arg. l. 32. de pactis. Everhardo in top. insuper notante.*

XLVI.

Quartò, communiter volunt Dd. studio venandi avocari homines ab agriculturâ. Memini quidem ex *Svetonio in Domitian. c. 7.* interdictum aliquando fuisse ne quis no-

C

vella-

vellaret hoc est, novas vineas coleret, propterea, quod arva negligenterentur. Verum, hoc tunc demum factum est, ubi annonæ seu frumenti penuriam, Imperator videbat; quam penuriam ex venationibus unquam accidisse, si mihi probabis, herbam tibi dabo. Nititur proinde hæc ratio in merâ ac debili Dd. conjecturâ. Quibus hoc addi poterit, exercitium venandi non contrariatur agriculturæ, sed subordinatum potius ejusdem videtur, variæ enim sunt venationes, quæ unâ cum agriculturâ, uno eodemq; tempore, expediri possunt.

XLVII.

Quintam rationem desumunt, *ex l. 77. §. 20. de legat. 2.* ubi communionem discordias parere, inquit Papinianus. Ad hoc sic respondendum, si hoc generaliter verum esset, nullam planè admitti communionem de jure civili necessum esset, quod tamen materia societatis, & omne id de quo actione communi dividundo utimur, secus ostendunt. 2. Si hoc admittatur, nullus quam unus solus venari deberet, ex rationis identitate, quippe hodiè adhuc discordias maximas inde resultare videmus *Georg. Mor. d. tr. p. 1. c. 1. n. 2.* 3. Nec hodiè concedi deberent venationes simultaneæ, vulgo die *Ruppeljagten* / de quibus *Wehner. in observ. præct. verb. Forstrecht. p. m. 165. Knich. de vestitur. præct. L. 2. c. 2. n. 54.* nam hæc ratione, unam communionem dirimendo, aliam excitant, & sic consequenter, lites ex communiione ortæ protrahuntur, contra *l. fin. pro suo*. Concludo itaq; neq; hanc, causam fuisse principibus, ad prohibendas venationes ducentem.

XLVIII.

Sextò deniq; & ultimò, persuasum habent, si omnibus venari esset licitum, planè defecturas & interituras fore ferarum species. Quæ sanè ratio, tanta non videtur, ut propter hanc juri divino resistamus, frustra enim timentur ferarum interitus, præsertim cum constet, in Hungariâ venationes esse uberrimas, adeò, ut etiam rusticæ genti ferinis delicatissimis (quales sunt perdices Phasiani & id genus plura) vesci sit quotidianum, & tamen omnibus est licitum

citum illas capere, quâ de re inspiciendus *Lansius supr. cit. loc.*
Hoc insuper quod dixi, non tantum in Hungariâ, verum
omnibus in locis, ubi venatio cuilibet patet, ita se habet, ut
maximâ in illis sit ferarum frequentia, ut in Moscoviâ, Nor-
wegiâ, Sveciâ, & aliis locis, quorum scriptores & periti
adeundo sunt consulendi.

XLIX.

Et tantum de rationibus, quibus moventur Dd. quo
statuant rectè derogatum juri divino ac naturali, quibus sa-
tis factum si non fuerit, plura forsan conflictus est daturus,
interim, transeundum mihi ad reliqua contraria, quæ meæ
sententiæ objici solent.

L.

Inter hæc, principem sibi vindicant locum *6. 27. Jerem.*
v. 6. & c. 2. Danielis v. 37. ubi in manus principis data legun-
tur animalia fera. Ad quos textus mihi sic respondendum
erit, metaphoricè in illis dicuntur traditæ feræ in manus
Nabuchodonosoris, & more oratorio loquuntur Prophe-
tæ, ad exaggerandam ac declarandam eo commodiùs, im-
mensam Regis potentiam, quæ tanta sit, ut etiam feras in
manu quasi habere, illasq; ad serviendû sibi cogere possit.
Dici etiam potest *dd. text. Prophetarum ex c. 1. & 9. Genes.*
esse explicandos, & hac ratione non obstabunt, non enim
nego, principem quoq; esse Dominum ferarum, per quod
non excludendi sunt reliqui homines. Unius quia inclu-
sio, non statim est exclusio alterius, præsertim si unum, al-
teri non contrariatur.

LI.

Posthæc objiciunt *l. 3. ne quid in loc. publ.* in quo text.
dicitur ad se loca publica transtulisse Principes, eorundeq;
dominos esse factos. Si enim privatus potest prohibere ne
quis suum ingrediatur: multo magis princeps, id facere
poterit. Mihi quomodo hoc obstet non video, nostra enim
quæstio, non tam de locis publicis, quàm privatorum agris
controvertitur. Facile etiam largiri possem, Principem
in locis publicis prohibere posse, sed contra faciens, non
in injuriarum actione tenebitur *arg. l. 13. de injur.* & hac ra-
tione,

tionem, non prohibetur venatio, sed occasio ad illam perven-
niendi, ingressio videlicet loci publici.

LII.

Illud quoque objici solet: Princeps, potest ex justissimâ causâ publicâ, jus quæsitum auferre, *arg. l. 15. §. 2. de R. V. l. n. de eviction.* Sed præter id, quod nullam justam hic subesse causam, in præced. demonstravi, hoc adjicio: Principem quidem, jus quæsitum alicui auferre posse, tenetur tamen ad æstimationem rei ablatae persolvendam, juxta *Dd. comm. exinde*, Principes quoque, subditis æstimationem juris ablati præstare debuissent, si justum occupationis initium facere voluissent.

LIII.

Denique *Försterus Disp. ad Instit. 6. quest. 9.* sic argumentatur: Si omnino aliquid fuerit violentiæ, tamen id per diuturnum populi consensum esse purgatum. Verum enim verò, de hoc nos non quærimus; an hodiè justè principes teneant jura venandi, sed an rectè ademerint subditis, idè minus cõgruè hoc pro suâ sententiâ afferre videtur *Forster.* ipse enim suam quæstionem ita quoque formavit? An privati rectè sit adempta venatio, quod Affirmat.

LIV.

Hæc hætenus de primò assertionis meæ membro sint dicta, quod illud erat, Principes non adeò justè occupasse venationum jura. Sequitur jam alterum, quo Affirmo, Principes justissimè hodiè dicta jura tenere. Quod cuilibet verò simile, primò intuitu videri fortassis cum nequeat, pauca, ad illustrationem ejus, sum prolaturus.

LV.

Q. II. Moveor autem ad hoc adstruendum, quod tutissimos præscriptione longi temporis illos factos putem, nihil curans illud *Dd.* quod objiciunt: res meræ facultatis (qualis est venatio) nullam pati præscriptionem, qua de re est *text. in l. 2. de via publ. & itin. publ. ref. & alios adducit Ant. Gabriel Roman. L. 5. comm. conclus. tit. de præscript. concl. 10. n. 7.* Hoc enim procedit, si nulla superioris intervenerit prohibitio, quâ interveniente, res meræ facultatis rectè præscribuntur: modo

modò per tempus jure determinatum, in prohibitione acquieverit prohibitus arg. l. 10. si servit. vind. l. 6. de S. U. P. Roman. d. l. n. 13. Panorm. Innocent. Franc. Ripa in e. Ecclesia sutrina. 3. de causa possess. & propriet. Schurff. conf. 1. cent. 3. n. 21. Jason. in l. 3. de constit. Pp. n. 66. Dec. conf. 175. & 215. Rol. à Vall. vol. 2. conf. 22. n. 20. cum seqq. Covarruv. in c. possessor. 2. de R. J. in 6. part. 2. §. 4. n. 6. & quàm plures alii ab his relati. Quibus add. Zoannett. de dupl. ven. n. 84. Seb. Med. d. tr. p. 2. q. 1. n. 1. Matth. Steph. de lict. c. 39. n. 16.

LVI.

Quod, si alicui præscriptione satisfactum non sit, meminerit, tempus immemoriali longius intervenisse, ut vel ex hoc solo, nemo habeat quod queritur Pruckm. d. §. venatio. c. 4. n. 34. Wes. in π. n. 7. Arnif. de J. M. L. 3. c. 4. n. 9. Tempus quippe immemoriale, vim privilegii expressè concessi obtinet l. 3. §. 4. de aqua quot. & est. c. 26. §. præterea. ibiq. Gl. de V. S. Alex. conf. 6. n. 1. Wes. d. l. Et loco tituli legitimè acquisiti est: Felin. in c. accedentes col. 3. de præscript. Immo pro veritate habetur, veritatiq; comparatur Bl. conf. 24. lib. 4. Plura etiam alia tempus immemoriale affert, quæ videri poterunt apud Harpr. n. 122. & Reinking. de R. S. & Eccles. L. 1. cl. 2. c. 8. n. 48. qui innumeros allegant authores.

LVII.

Demonstratum proinde puto, justissimè principem hodiè prohibere à venationibus subditos. Quod num & Electores Duces & reliqui status imperii possint? dubio non caret nec difficultate. Ego posthabitâ autoritate Cardinal. Hostiens. & Anton. de Butrio in c. non est X. de decimis. Dec. conf. 197. L. 1. Jason. conf. 119. vol. 4. Schurff. d. conf. 1. Joh. Fabri in §. 2. J. de R. D. Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 24. n. 2. & aliorum, affirmativam ceu veriorem arripio. Prædicti quippe status in suis territoriis, jura Imperatoris habent, & idem possunt in illis quod Imperator in universo imperio Magnif. Dn. Finckelth. Disp. feud. 3. tb. 13. in fin. Joh. Limneus L. 6. de Jur. Publ. c. 1. n. 38. Joh. Wurms. exerc. Jur. publ. 3. q. 30. & deniq; Gilcken. d. l. n. 25. qui plures allegat. Eandem etiam potestatem quam ipse habuit Imperator, eo ipso dum de regali dignitate illos

Q. 12.

investit, in illos transtulisse videtur arg. c. un. §. fin. quibus
mod. feud. am. 1. feudor. 5. §. rei autem, de invest. de re al. fact. 2.
feud. 8. Quare, quicquid hi faciunt, per ipsos Imperator fe-
cisse fingitur, arg. l. 152. l. 169. de R. J. l. 1. quod jussu l. 2. de no-
xal. act. Pruckm. in rubr. quæ sint regal. n. 35. & seq. Ant. Ufill. in
§. sed ista. n. 18. & seq. J. de action. Muscul. de success. conv. cl. 1.
concl. 1. lit. D. pag. 15. Bachov. tr. de action. Disp. 2. th. 8. in fin.

LVIII.

Post, breviter, summo digito, & quasi per indicem
(ut cum Justin. loquar in §. fin. J. de publicis Jud.) relata vete-
ra venationum jura, transitum facio ad hodierna, quorum
imprimis cognoscenda est Definitio.

LIX.

Definitur venatio à variis variè, nec tamen ulla mihi
obviavit, quæ perfecta videri potuerit: Proindè sic illam
definio. Venatio est exercitium, homini, jure quodam sin-
gulari competens, capiendi feras terrestres, utilitatis & re-
creationis causa factum.

LX.

Propositæ Definitionis membra, jam singula investi-
ganda ac declaranda veniunt. Cujus rei initium facio à Ge-
nere, quod continetur in verbis: *exercitium jure singulari
competens*. Quamvis quidem me non fugiat, mirificè flu-
ctuare Dd. in constituendo venationis Genere, & tot verò
hac de re illorum extare opiniones, quot capita; tamen
mihi sententia sedit firmissimè, venationem jus quoddam
speciale esse, ex variis quasi mixtum, unde motos quosdam
credo Dd. ut modo huc, modo illuc, id retulerint.

LXI.

Q. 13.

Frequens & prima est opinio ad regalia illud referen-
tium, quorum è numero sunt *Wehner. in obs. pract. verb. Forst-
recht p. m. 166. Jacob. de S. Georg. in d. tr. feud. §. & cū in venatio-
nibus. n. 9. Seb. Med. d. tr. p. 1. q. 27. & plures alii à Harpr. n. 143.
relati, quæ accedunt Schönborn. L. 5. Polit. c. 29. in fin. Reinking.
de R. S. & Eccles. L. 1. cl. 5. c. 4. n. 239. & hac sententiâ nihil ve-
rius, clarâq; luce manifestius esse putat Heig. p. 1. quest. 15. n.
44. Non minor quoq; est numerus contra sententiâ, adeò
ut hanc*

ut hanc quæstionem Gordium nodum non immeritò vo-
 cet Rosenth. de feud. c. 4. concl. ult. n. 2. & cum his posteriori-
 bus mihi statuendum duxi, cum hæc sententia sit commu-
 nis, teste Vultejo L. 1. feud. c. 5. n. 7. quam tenent Wesenb. in r.
 de A.R.D. n. 7. circ. fin. & in addit. ad Schneidw. in §. fere. J. de R.
 D. Tyracquellus de nobil. c. 37. n. 150. Niellius Disp. feud. ult. tb. 3. lit.
 D. Magnif. Dn. Finckelth. Disp. feud. 4. th. 18. lit. F. Georg. Mor. d.
 tr. p. 1. c. 2. n. 17. Harpr. ad §. fere. n. 163. & n. 144. Rüdinger. cent.
 5. obs. 63.

LXII.

Meum asserere confirmatur inde: Quia si est de rega-
 libus, vel est de majoribus, vel minoribus. Non est de ma-
 joribus, quia hæc, soli Imperatori in signum præeminen-
 tiæ, ad imperii decus, dignitatem & majestatem conservan-
 dam, vel salutem & utilitatem publicam tuendam conce-
 duntur Vult. d. l. Rosenthal in Syn. feud. c. 5. concl. 1. & feudistæ
 comm. ad tit. 56. Quæ sint regalia 2. feud. Sed quis jam dicere
 audeat, venationibus ad prædicta tuenda uti Principes. Cui
 illud accedit, privatus utens sine permisso Imperatoris his
 regalibus, crimen læsæ majestatis committit, Castr. cons. 423.
 col. pen. vol. 1. Panorm. cons. 3. col. 5. vol. 2. Jam verò, ab utente
 venationibus in locis interdictis, crimen hoc non commit-
 ti, inde constat, quod communiter receptum sit, semel cõ-
 tra prohibitionem venantem capite non plectendum, ut
 infra in th. 160. pluribus dicitur. Quod fieri non posset, si
 contra prohibitionem venantes, læsæ majestatis crimen,
 committerent: hujus enim pœnam statim capitalem esse
 per l. 5. C. ad leg. Jul. Majest. & §. 3. J. de public. Jud. nec anus
 dubitare potest. Non etiam est de minoribus regalibus,
 quia hæc ad augmentum fisci spectant: in venationibus au-
 tem, sumptus plerumq; superant prædam, exiguum utiq;
 ab iisdem fiscus capiet augmentum ut Magnif. Dn. Finckelth.
 d. l. pereleganter probat.

LXIII.

Non infrequenter alii venationem inter servitutes
 reales ponunt, cujus sententiæ antesignanus est Zasius L. 1.
 respons. sing. c. 11. & ad S. eq. J. de action. n. 24. quem sequuntur
 Hartm.

Q. 14.

Hartm. Hartmanni L. 2. obs. c. 4. Schurff. cent. 3. conf. 1. Mindan. L. 2. de mand. jud. c. 36. n. 7. Wurmser. tit. 27. obs. 5. n. 11. Modest. Pistor. conf. 14. n. 29. vol. 2. Treutler. vol. 2. Diss. 20. th. 3. lit. C. Georg. Mor. d. tr. p. 2. c. 3. n. 4. quod & in praxi observari dicit Gail. 2. obs. 66. n. 7. Verum neq; hæc subsistere poterit assertio per l. 8. de servit. ubi satis perspicue dicitur, similia venationi jura servitutum non constituere. Quibus jungatur l. 1. comm. præd. & §. 3. J. de servitut. quibus in locis, servitutes, sine prædiis constitui non posse, dicitur: ast quæ consideratio prædiorum in venatione. Servitus etiam sine prædii utilitate constitui non consuevit arg. l. 5. de S. R. P. prædii verò, nulla circa venationes occurrit utilitas, sed potius personæ. Gilcken. d. l. n. 4. cum seqq. Bocer. class. 5. Diss. 3. th. 23. Henon. Diss. quæst. illustr. 5. controv. 2. Pruckm. in d. §. venatio c. 2. n. 4. & seqq. Arum. p. m. Diss. feud. 4. th. 15.

LXIV.

Q. 15. Dixi, personæ utilitatem quodammodo respicere jus venandi, unde moti sunt quidam, ut illud servitutibus personalibus associarent, quorum unum hic nominare sufficiet Bl. in l. pen. C. de cond. insert. col. 3. n. 12. Cujus tamen sententiam, vitiosam facit, quod jus venandi transeat ad hæredes, Gail. 2. obs. 66. n. 2. Seb. Med. d. tr. p. 2. q. 2. n. 2. quod secus est in personali servitute §. 3. J. de usufr. l. 21. de usu & habitat cum sim. Arum. p. m. præallegato. l.

LXV.

Q. 16. Exinde constat, erroneam quoq; esse opinionem illorum, qui pacta personalia, faciunt venationum jura, quod faciunt Accurs. & Br. in l. 8. de servit. Hackelm. Diss. ad Pand. 7. th. 19. lit. C. ibiq; plures allegati. Neq; enim hæc pacta ad tertium extenduntur, per l. 25. §. 1. l. 27. §. 4. de pactis. vid. Bocer. d. class. 5. Diss. 3. th. 12. Zoannett. d. tr. n. 104.

LXVI.

Q. 17. Sed quid deniq; de illâ Dd. opinione statuendum, qui venationes servitutes Jurisdictionales esse dicunt, quæ est Zoannett. ad l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. interp. n. 206. & in d. tr. de dupl. ven. n. 105. Matth. Stephan. L. 2. de Jurisd. p. 1. c. 7. n. 433. Speciosa quamvis, primò intuitu hæc opinio possit vide-

videri, penitus tamen rem ponderanti, non placebat, cum
Bocer. d. l. th. 23. lit. B. qui ibi, toto genere venationis jura à
Jurisdictione differre dicit. Cum Jurisdictio sit potestas
reddendi seu decernendi jus lege constitutum *per text. in l.*
3. de Off. ejus cui mand. &c. l. 10. de Off. Procons. l. 16. de Off. Prae-
sidi cum sim. Harpr. d. l. n. 142. Quibus hoc obiter addi potest,
nulla Jurisdictio conceditur privatis, qui tamen jus venan-
di habent. *Cravett. conf. 673. tom. 4. Einsiedel de regal. c. 3. n. 373.*
Sixtin. de regal. L. 2. c. 18. n. 52.

LXVII.

Obtinui itaq; , venationes non servitutes, nec perso-
nales nec reales, non Regalia, non pacta personalia esse,
nec etiam Jurisdictioni illas adscribi debere; Proinde, me
genuinum dedisse genus, statuendo, venationem jus quod-
dam singulare esse, per se subsistens, quale est Feudum, An-
tichresis, Emphyteusis &c. nullus dubito, cum *Bocer. d. l.*
th. 24.

LXVIII.

Interim tamen non nego, jus venandi quandoq; servi-
tuti, tam personali quàm reali, esse simile, id quod ex mul-
tis probat *Harpr. n. 181. cum seqq.* Quandoq; etiam & certo
respectu regalibus *Bachov. ad Tr. vol. 2. Disp. 20. th. 3. lit. B.* Im-
propriâ quoq; & generalissimâ significatione, dici poterit,
servitus Jurisdictionis *Geor. Mor. d. tr. p. 2. c. 3. n. 7.*

LXIX.

Inspectô genere, inspicienda est definitionis pars al-
tera, videl. differentia specifica, quæ continetur in verbis:
capiendi feras terrestres: quibus verbis, distingvo venatio-
nem ab aucupio & Piscatione, quibus aliàs simillima est,
ut *ex th. 7. supr. constat.*

LXX.

Unde descendo in illam quæstionem: Utrum jus lu-
tras vel castores capiendi, sit venatio, an piscatio? quod pa-
tescere puto, simul atq; constabit, an pro terrestribus, an
verò pro aquatilibus habeantur lutræ & castores. Et inquit
Noë Meurer im Jagt vnd Forstrecht p. m. 61. dictas feras, ut plu-
rimum aquâ contineri, vel ad minimum in confiniô aqua-
rum, meritò igitur à potiori aquatiles reputabuntur *per l. 10.*

D

de stat.

Q. 18.

de stat. homin. Quod etiam sic à venatoribus observari, idem testatur *Meurer. d. l.* Contrariam consuetudinem in Sveviâ extare, testatur *Keller. L. 2. de offic. Juridicopoliticis c. 15. p. 445. in fin.*

LXXI.

Q. 19.

Præcedenti affinis est illa? Num venatio, quæ fit falconibus vel accipitre, vulgò nostris *das Baissen* / sit aucupium vel venatio, de quâ in præsentî. Et videor mihi sic rem optimè expedire posse, ut pro ratione diversorum objectorum utrumq; verum dicam. Capiuntur enim aliquando falconibus grues, ardeæ & aliæ aves, & aucupatur: aut capiuntur falconibus lepores, & venatur.

LXXII.

Quamvis autem me non fugiat, sufficientes essentialis Definitionis partes in Genere & Differentiâ consistere, attamen lubuit mihi, in datâ definitione, duas adjicere causas externas, Efficientem scil. & Finale. Quippe quo plures in definitione accidentis reperiuntur causæ, eò etiam, melior & perfectior erit Definitio, monente *Ampliss. Dn. Præs. in prælect. publ. de Jurisdictione. c. 2. circa fin.* ubi id fieri debere ait, exemplo *J. Cri. Servii*, in Definitione tutelæ, quæ est in *l. 1. de tutelâ & §. 1. f. eod.*

LXXIII.

Causam itaq; Efficientem posui *hominem*. Finalis exprimitur in verbis: *utilitatis & recreationis causâ factum*. Quia verò in seqq. plenius de his causis unâ cum internis sum acturus, hîc nihil de illis dico, statim transiturus ad Divisionem, quam Definitioni haud inconvenienter subjungi puto. Omnis enim materia in suas partes divisa, æquè ac per definitionem redditur apertior, fit clarior ac dilucidior, magisq; perspicuè intelligi potest, ut ex *§. 3. f. de legat. l. 11. de rebus creditis notat Magnif. Dn. Finckelthaus. disp. feud. 2. in pr.*

LXXIV.

Principaliter dividitur venatio, ratione causæ Efficientis & Finalis, in Licitam: & Illicitam. Ratione subjecti, dividitur in Sylvestrem, quæ in Sylvis: & non Sylvestrem, quæ extra sylvas peragitur. *Wehner. in obs. pract. verb. Forstrecht. p. m. 152.* Ratione objecti, in universalem, seu majorè,
die

die hohe Jagt: & Particularem, seu minorem, das mindere
Weidewerck. Georg. Mor. d. tr. p. 1. c. 2. n. 68. Wehn. d. l. p. m.
134. Ratione formæ, in Clamorosam: & Tranquillam seu
tacitam.

LXXV.

Minus principaliter dividitur in perpetuam: & tem-
poralem: absolutam & limitatam: in eigene Jagt vnd Witter-
Jagt: Haupte Jagt vnd Benjagt. Wehn. d. l. p. 162. Noë Meurer.
d. tr. p. 2. tit. wie viel species forstlicher Herrlichkeit p. m. 15. qui d.
l. circa finem hoc addit, quemlibet pro re natâ, reliquas ve-
nandi species distingvere, iisdemq; nomina imponere posse.

LXXVI.

Divisionem sequuntur causæ: quarum prima cõside-
randa venit Efficiens, quæ duplex est, Remota & Propin-
qua.

LXXVII.

Causa Efficiens Remota venationis, prout hodiè con-
sideratur, est concessio Principis: Nam dixi in præceden-
tibus, justè Principes jura venandi tenere, meritò igitur in
alios transferre poterunt, sed plerumq; id faciunt, conce-
dendo in modum investituræ, das sie mit Forst vnd Jagt-
rechte belehnen Zoannett. de dupl. venat. n. 70. Treutl. vol. 2. D. 20.
th. 3. lit. B. ibiq; Bachov. Magnif. Dn. Finckelth. disp. feud. 3. th. 15.
lit. B. Sunt tamen & alii modi acquirendi venationem, ve-
lut est præscriptio, emptio, donatio, permutatio &c. Prius
erit de concessione tractare quæ fit per modum investituræ,
quæ duplex est, vel tacita: vel expressa.

LXXVIII.

Tacitè conceditur venatio, si alicui territorium cum
omnibus pertinentiis fuerit concessum arg. l. 39. de act. empt.
Bl. & Jason. in l. 1. c. de Jur. emphyt. Quare illud hîc inconve-
nienter non disquiretur: Utrum Princeps, qui hîc modò
concessi castri seu territorii, usumfructum alicui dedit, jus
venationis, quod eidem castro debetur, transtulerit? Quod
affirmo, motus l. 2. §. 2. si servit. vind. ubi dicitur, usufructua-
rio fundi alicujus, commodo servitutis, fundo debitæ, uti
jus esse. Sed similem quodammodo servituti esse venatio-
nem ante in th. 68. dixi. vid. Cluten. diatrib. 15. quest. 12.

Q. 20.

LXXIX.

Hoc observandum, in omni tacitâ concessione, sem-

Q. 21.

D 2

per

per exceptam videri universalem venationem: quippe concessio ex usu & consuetudine declaranda est, *Socin. Jun. cons. 33. n. 29. vol. 3.* nisi specialiter expressa fuerit, *Rosenthal. de feud. concl. ult. n. 9. Schrader. de feud. p. 3. c. 4. n. 47. tom. 1. Knich. de jur. territor. c. 1. n. 90. & 2. de pact. vestitur. 2. n. 38.* quos citat *Wehner. in obs. pract. verb. Forstrecht. p. m. 162. & seq.* & valet hic illud *l. 15. §. 26. de injuriis*, ut videl. illa quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, neglecta videantur *Heig. p. 1. q. 15. n. 58.*

LXXX.

Expressè venatio conceditur, si in literis investituræ, expressè fiat mentio illius: so ihnen die Jagten ausdrückliche verliehen sind / quâ occasione illud quæritur: num si expressè concessa fuerit vasallo, is, rursus eandem alteri concedere possit? quod negandum est, facit text. elegans in *c. unde invest. de re alien. factâ. §. rei. 2. feudor. tit. 8.* ubi dicitur, vasallo, qui servitutem fundo feudali imponi passus est, tantum nocere servitutem donec fundum possideat, domino autem, etsi per longissima tempora perseveraverit, non obesse *Förster. Diss. ad instit. 7. quest. 12.* Idem igitur in venatione obrinebit, quæ similis est servituti, cum argumentum à simili sit forte, notante *Everhard. in top. loco à simili. n. 7.*

LXXXI.

Q. 23. Illud hic quoq; quæritur: num Dominus in feudum dans jus venandi, teneatur ipsi de evictione? & hoc verum est, si ignoret Vasallus rem esse alienam, secus, si sciens se de re alienâ investiri passus fuerit, per text. in *c. un. 2. feud. tit. 8. Georg. Mor. d. tr. p. 2. c. n. 16.*

LXXXII.

Q. 24. Sed quid de Usufructuariô sentiendum, num is poterit venationem alicui concedere? Distingvo hoc in locô inter jus venandi, & nudam facultatem feras capiendi: Illud non potest, hoc utiq; *arg. l. 12. §. 2. l. 67. de Usufr.*

LXXXIII.

Q. 25. Exinde, illa promanat quæstio? An Dominus feudi à Vasallo prohiberi possit, ne venetur. Hoc est quod Ajo, feudi enim dominus, nil magis juris habet in re feudali, quàm Dominus directus, in re in usumfructum alteri data: quia

quia omne feudum est usufructus: *c. un. §. fin. in quib. caus. feud. amitt. 2. feud. tit. 23. Vult. L. 1. de feudis c. 2. n. 9.* Nec ad-
 versatur: quod in dubio Jurisdictio cumulativè, non pri-
 vativè concessa intelligatur *l. 1. C. de Off. prefect. urb.* Respon-
 det enim *Harpr. ad §. fere. n. 139.* hoc procedere, in Idiectio-
 ne in modum privilegii concessa: secus autem esse, in feu-
 dum si data sit, *per text. in c. Imperialem §. ult. de probib. feud. alien. 2. feudor. tit. 55. Bocer. class. 5. D. 10. th. 69. Berlich. p. 1. concl. pract. concl. 2. n. 2. & seqq. Kubach. cent. 3. quest. decur. 2. q. 5.*
 Verùm, aliter statuit *Coler. de process. exec. p. 2. c. 1. n. 129.* qui
 semper privativè concessam vult, sive in modum privile-
 gii data sit, sive non, quem sequitur *Ampliss. Dn. Praeses in præ- lect. publ. de Idiect. p. 1. c. 9. vid. Bidenbach. quest. nob. 8.* qui, vix à
 venationibus illos prohiberi posse putat, habitâ ratione æ-
 quitatis.

LXXXIV.

Concedere etiam solent principes venationes preca-
 rias (nostro idiomate *Benaden Jagten*/ de quibus *Noë Meu- rer. d. tr. p. 2. p. 31.*) de his quæri potest? Utrum & hæ in ali-
 um transferri possint? Negativam defendam *per l. 42. de adm. tutor. precarium enim non transit ad hæredes l. 12. de precario.* Quicquid autem ad hæredes transit, illud cedi po-
 test, & contrà quod non transit, cedi etiam nequit, *Br. Dynus & alii in d. l. 42. de adm. tutor.* Unde illud, de his venationi-
 bus notatu dignum quoq; est, quod per concedentem ejus-
 ve heredem, quocunq; tempore, revocari possunt *arg. l. 1. & 2. de precario.* Et cum pactum, quod contrariatur naturæ
 rei cui adjicitur, nullius censeatur momenti, *d. l. 12. ibiq; Br. & Dd. comm. de precario,* neq; etiam, si adjectum fuerit vena-
 tioni precariæ, valebit, unde, si ad tempus certum concef-
 sa fuerit, ante id effluxum, revocari poterit. *d. l. 12.*

Q. 26.

LXXXV.

Sed devenio jam ad reliquos modos venationem ad-
 quirendi, emptionem, donationem, &c. De quibus illud
 quæri poterit? An, si hoc modò comperat jus venandi, alie-
 nari queat? Ego unicâ omnium instar illa prædictâ motus
 ratione, in Affirmativam concedo. Venandi jus ad hæredes
 transit, *Gail. 2. obs. 66. n. 2.* quicquid autem est transitorium,
 illud alienari potest ut *th. præced. dictum.*

Q. 27.

Q. 28.

LXXXVI.
Et hoc etiam obtinet, si à principe alicui donatum sit jus venandi, Nisi princeps, merè personale jus, concessum esse voluerit, tale enim cedi tertio nequit, l. 57. §. ult. de usufr. l. 196. de R. J. c. privilegium. 7. de R. J. in 6.

LXXXVII.

Verum enim verò, dupliciter considerari solet jus personale: dicitur enim sic, vel quoad durationem: quod cū personā extingvitur. Vel dicitur etiam sic, quoad percipiendi formam & materiam: & hoc non solùm cum personā interit, sed insuper solius personæ commoditatem respicit, adeò, ut plus quàm ipsi personæ sit necessarium, percipi nequeat, quale jus est usus & habitatio §. 1. J. de usu & habit. §. 2. J. de stipul. serv. alimenta aug. l. 10. §. fin. de alim. legat.

LXXXVIII.

Q. 29.

Hoc posteriori modo si concessa sit venatio. Num in alterum transferri possit, inter Dd. dubitatur? Ego sive jus ipsum, sive facultatem nudam venandi consideres, nihil quicquam cedi posse, verius puto. Personalia siquidem hoc modo quæ sunt, nihil horum admittunt. d. §. 1. J. de usu & hab. l. 8. ff. eod.

LXXXIX.

Q. 30.

Quid? Si in voluptatem personæ concessa fuerit? Idè dic, quod in præcedenti quæstione: ubicunq; enim hominis qualitas est electa, nihil immutari potest l. 31. de solut. l. 43. de V. O. ibiq; Dd. XC.

Q. 31.

Quid? Si ad certum numerum alicui concessum sit venandi jus, utrùm hic cedere poterit? Dic, quod sic, nihil quia hîc interest Principis, sive per me, sive per alium definitus ferarum numerus capiatur, Harpr. ad §. fera, n. 217.

XC.

Illud sanè prætermittendum non est, quocunq; modo concessa sit venatio, vel quocunq; alio titulo & modo teneatur, semper diligenter limites præscripti erunt custodiendi, nec in minimis extendendi.

XCII.

Q. 32.

Qua occasione propono illam quæstionem: Si concessa

cessa sit venatio in certo districtu vel territorio, jus aucu-
pandi concessum num videatur? Affirmativæ subscribo.
Beneficia enim Principis latissimè sunt interpretanda *l. 3. de
constit. Princip. ibiq. Gl. Petrus de Bella pertic. n. 2. & Dd. comm.*
Indubitatum etiam est, illum qui potest magis quod est, pos-
se quoq; quod minus *l. 21. ibiq. Dec. & Cagnol. de R. J.* Quod
tamen sic intellectum volo, ut aliud obtineat, si aucupium
alteri specialiter competat; & sic prædictam *l. 21. restrin-*
git Decius. n. 5.

XCIII.

Aliter sanè de illâ statuo, si concessum sit nach Suchs
vnd Hasen zurichren / zu baissen vnd zu lausen non etiam con-
cessum est, einen Hasen mit der Büchsen zu schiessen. Ubiq; q;
enim diversa est ratio, ibi etiam diversum jus *per l. 9. §. 2. de
edendo l. 32. ad L. Aquiliam.* In his autem diversam occurrere
rationem, exinde constat, quia feræ sonitu bombardarum
vehementer terrentur & fugantur, *Covarruv. in c. peccatum.
p. 2. relect. §. 8. n. 3. de R. J. in 6. quod in illis modis secus est.*
Quocirca, plerumq; in concessionibus, principes das an-
stellen vnd schiessen aus den Hölzern / pflügen außzudingen *Web-
ner. d. l. p. m. 156.* Et hanc opinionem in praxi servari, testis
est *Harpr. ad d. S. feræ. n. 251. vid. Bidembach. quest. nobil. 17. n. 6.
& seqq.* quam tamen sententiam multi in dubium vocant.

XCIV.

In præscriptione quoq; hoc servatur, ut si quis per
tempus immemorabile, adquisierit venationem, certis ta-
men instrumentis, tempore complendæ præscriptionis
semper usus fuerit, (puta decipulis vel retibus) post im-
pletam præscriptionem, aliis instrumentis (ut sunt canes,
falcons) venari non potest, prout similem huic, decidit
casum, *Modest. Pistor. conf. 70. n. 16. vol. 1.*

XCV.

Huic finitima est illa: an is qui præscripsit universa-
lem, particularem quoq; adquisierit, & contra? quod ne-
go, cum *Heig. quest. Jur. p. 1. q. 15. n. 69. Noë Meurer. d. l. p. 32.
in fin.* tantum enim præscriptum erit, quantum possessum.
Heig. d. l.

XCVI.

Illâ etiâ hic occurrit quæstio: an is qui legitimò tem-
pore

Q. 32.

Q. 33.

Q. 34.

Q. 35.

Q. 36.

Q. 37.

pore cervos tantum venat9 est, jus apros venandi præscribat? Hanc quæstionem decidendâ puto ex *l. 8. in fin. quemad. servit. am.* ubi dicitur, qui pro parte Jure quodam utitur, id totum usurpare videtur. Jam, cervos capiens, pro parte utitur venatione universali, totam utiq; præscribet universalem venationem.

XCVII.

Q. 38.

Ex his illud colligere licet, eum qui per tempus immemorale venationem exercuit in sylvâ aliquâ, licet non in omnibus ejus partibus, tamen post præscriptionem impletam, in omnibus sylvæ locis venandi facultatem habebit. Potuit enim in omnibus partibus sylvæ venari, si in uno loco nemo prohibuit, & proinde magis spectandum erit id, quod in aptitudine & potentiâ consistit, quàm quod in ipso actu *l. 1. §. 2. de aqua quotid. & est. Gl. in §. his autem in verbis estimaretur. I. ad L. Aquiliam, & tantum de causa efficiente remotâ, adest jam propinqua.*

XCVIII.

Causa efficiens propinqua sunt homines, quibus Jus venandi à Principe est concessum, vel alio titulo quibus competit.

XCIX.

Q. 39.

Quamvis jam non pauci reperiantur, qui nulli hæc jura competere posse, vel à nullo penitus venationes exerceri debere, somnient: Putant enim hoc exercitium turpissimum, nulliq; planè licitum esse. Contraria tamen ut communior, sic etiam verior, pro quâ omnium instar illud facit: quod Nomothetæ nostri sapientissimi, venatoribus immunitates concesserunt, cum vocatione à muneribus, & hoc ideò, quod per illos annonæ consulatur. *l. ult. de jur. immun.* Contrariis, quæ objici solent, duas interim repono responsiones generales: propter abusum rei usum ejus non esse tollendum: hæc siquidem ratione utilissimum quodvis improbandum esset. Reliqua argumenta contraria, vitio Homonymiæ laborant *Don. 18. comm. c. 7. ibiq; Hillig. lit. G.* Licitum itaq; in se & honestum venationis exercitium pronuncio cum *Cic. L. 1. off. Platone L. 7. de ll. in fin.*

C.

Q. 40.

Num tamen Principe dignum sit exercitium? dubitatio

tionem habet majorem. Mihi non tantum Principe dignū,
sed proprium quasi videtur, nullā enim re magis principes
delectantur: ad cuius rei fidem faciendam, plura produ-
cunt exempla *Georg. Mor. d. tr. p. 2. c. 12. & Seb. Med. d. l. p. 2.*
c. 42. Quo etiam spectat illud Horatii L. 1. Epist. 18.

*Pulmenta laboribus empta,
Romanis solenne viris, opus utile fame
Viteq; & membris,*

Et sic mecum statuunt *Dd. comm. Gail. 2. obs. 67. n. 1. Petr. Gre-*
gor. Thol. 39. Syntagm. c. 10. n. 8. Tiraqv. de Nobilitate c. 37. n. 139.
Job. à Gockier. L. 5. thes. Polit. c. 20. Schönborn. L. 2. Polit. c. 28.
Ampliss. Dn. Praeses exerc. 5. q. 4. in Nego. Si itaq; Principe indi-
gnum non est, multò minus nobili erit dedecori.

Q. 41.

CL.
Illud hīc addo, Principes multū venationibus tri-
buere inde constat, quod Imperii Rom. Proceres ordina-
rium Imperii constituerint venatorem. Quod officium
hodiè ad Duces Wirtembergicos spectare, hinc probat
Dan. Otto de Jur. Publ. c. 14. quia hi Principes cornu venato-
riò & cervinò pro insigniis utuntur. Consul. Freher. L. 1. Orig.
c. 15. p. m. 107.

CII.
Sed quid de Clericis dicendum erit; num hos vena-
ri deceat? dico quod minimè, regulariter *tot. tit. X. de cleric.*
venat. c. Esau. dist. 86. Clement. in agro S. porro. de statu monachor.
c. 6. de censibus. c. 1. dist. 34. c. aurum. 12. quest. 2. Petr. Greg. Tho-
los. in Syntagm. Juris univ. L. 39. c. 10. n. 14. Zoannett. de dupl. ven:
n. 27. & noviter. Ampliss. Dn. Praeses d. exerc. 5. quest. 4. in Nego.

Q. 42.

CIII.
Dixi regulariter, quia hoc rectè restringitur à *Seb. Med.*
d. tr. p. 1. q. 8. n. 17. & seq. Georg. Mor. d. tr. p. 1. c. 1. n. 45. & seqq.
& p. 2. c. 11. n. 16. ad clamorosam venationem, quietā enim seu
tranquillam, clericis esse permissam volunt, ut & illam, scil.
clamorosam, si recreationis seu valetudinis causā, rarò sus-
cipiatur. Quod quidam etiam sic extendere volunt, ut
quoq; possint venari, si reditus ipsorum ex venatione con-
stent, quod facit Schurff. cons. 1. cent. 3. n. 7. verū, hoc mi-
nus convenienter fit, quia per alios hi fructus seu reditus

Q. 43.

E

perci-

percipi, & venationes exerceri possunt, vel debent, *Harpr. ad d. §. feræ. n. 88. Zoannett. d. l. n. 31.*

CIV.

Illorum sanè extensio evidenti nititur fundamine, qui clericis permissas putant venationes, urgente quadam necessitate, puta si famis telum premat, vel si feræ segetes vastarent vel vineas, *Georg. Mor. d. l. n. 51. & 54.* Necessitas enim legem non habet *c. sicut de consecr. dist. 1. c. quod non est de R. J. in 6.*

CV.

Q. 44. Porro illud examinandum hic erit, si clericus venatus fuerit, nec constet de animo ipsius, utrum voluptatis, an recreationis honestæ causa, id fecisse præsumatur? Quoniam verò in dubiis benignior accipienda est sententia & interpretatio, recreationis causa illud factum, existimandum est *arg. l. 56. de R. J. Menoch. conf. 121. n. 50. & seqq. Alex. L. 1. conf. 72. n. 13. Cardinal. in c. qui venatoribus dist. 86.*

CVI.

Q. 45. Ex præcedenti, hanc etiã decidere licet quæstionem: si nimirum exceptio data fuerit contra clericum, quod sit venator, de qua venatione id intelligi debeat? Ex identitate rationis & hic honestam præsumendam, non dubito, *Georg. Mor. d. tr. p. 1. c. 1. n. 56. Seb. Med. d. tr. p. 1. q. 24.*

CVII.

Q. 46. Hæc hæctenus de Clericis, jam facio transitum ad alias personas, quæ hæc in parte non ab similes clericis videri poterant, videl. studiosos: de illis enim ob religionis, de his verò, ob studiorum jacturam non immeritò quis dubitaret: utrum venationibus operam dare possint? Accedit illud tritum:

Per pisces & aves multi periére Scholares.

Mihi, his non obstantibus, verius videtur, & hos venari posse, modò id non sit nimium, ut studia deserantur. Quicquid enim prohibitum non est, permissum erit, *per text. vulgatos. vid. supr. th. 16. Georg. Mor. d. tr. p. 2. c. ult. n. 39. Goldast. tom. 1. rer. alamannic. p. 1. pag. 211.* Nec hujus rei desunt exempla. Plinius secundus, de se ipso dicit *L. 5. epist. ad Apollinar.* animum se studiis, corpus verò venationibus exercere.

Dio-

Diogenes Synopæus, teste *Laërtio in ejus vitâ*, pueros, quos instruendos habebat, ad venationem educabat. *Heraclytus in Politia Cretens.* scribit, eum qui pueris præest, ex Lege eos advenandum educare debere, referente *Seb. Med. d. tr. p. 2. q. 41.* Nec mihi illud tritum obstabit, per pisces & aves multis periêre scholares, nam hoc non de aucupio & piscatione, sed verâ helluatione & *ἰουλιὰ*, est intelligendum secundum *Wehner. in obs. præf. verb. Vogelherd p. m. 649. Gulielmum Antonii in tr. de rescript. morotor. conclus. 68. n. 106.* Et hinc illud factum puto, ut ab Illustrissimo Dn. Julio, Brunsvicensium ac Lüneburgensium Duce, Academiae Helmstadiensis studiosis, privilegii loco concessum fuerit, ut possint apros ac cervos venari, quod sæpiusculè ex Dominis Professoribus illius loci audivi.

CVIII.

Causam Efficientem excipit Materialis, quæ quoq; duplex est: Materia videl. in quâ, seu subjectum: & materia circa quam, sive objectum.

CIX.

Subjectum venationis est foresta, sylvæ vel nemus, ager vel pratum, in quibus continentur feræ, quas venari cupimus, nostris *ein Forst*/ unde deductum est verbum *förstliche Obrigkeit.*

CX.

Non tantùm autem in nostrâ forestâ, sylvæ vel agrô venari possumus, sed etiam in alieno, modò jus constitutum sit nobis, ut ibi venari possimus, Jure enim Saxonico sine speciali concessione, in alieno nemini venari licet, *Gl. Weichbild art. 122. vers. ihr sollet wissen. Gl. Landr. L. 2. art. 62. vers. wer wilde Thier. & extat constit. D. Augusti Elect. Sax. in ordin. Provinc. tit. daß keiner auff des andern Grund vnd Boden jagen soll.*

CXI.

De eodẽ tamen Jure, feram quam in nostrô invenimus territoriô, venariq; cepimus, in alienam usq; forestam persequi possumus; modò id fiat sine inflatu corniculi, & incitatione canum *Landr. L. 2. art. 61. canes etiam revocari possunt, Gl. in Weichbild art. 122. in fin.* Nec oppignoratio illorum locum habet, ut in aliis animalibus, agris

Q. 47.

nostris damnum dantibus, quò de Sandr. L. 2. art. 47. & seq. Fach. diff. 69. Reinhard. diff. poen. 18. vid. d. tit. daß keiner auff des andern Grund vnd Boden jagen soll. Et secundum hanc sententiam pronunciatum restatur Schneidew. ad S. fera. J. de R. D. n. 4. in fin. qui hoc ibi addit, hæc de re attendendam esse consuetudinem venatorum.

CXII.

Q. 48. In alienum usq; nobis persequi licitum quoq; est illam feram, quã globo trajecimus bombardæ (welches schweiff) ibiq; capere possumus. Hæc tamen in re, temporis ratio habenda, quod est spatium viginti quatuor horarum continuũ, uno cursu, quod vulgò vocatur (nacheilen/nachsehen.) Illud quoq; observare hic tenetur venator, ut in illo locò, ubi vulneravit feram, signum aliquod, (puta pileum vel simile) in rei testimonium deponat, quod consuetudine venatorum & saltuariorum Germaniæ sic introductum, restatur Wehn. d. l. p. m. 176. Georg. Mor. d. tr. p. 1. c. 8. n. 14.

CXIII.

Q. 49. Neq; etiam hæc consuetudo caret ratione. Ubicunq; enim finis habet necessariam dependentiam à principio, spectatur principium, non finis l. 3. §. 2. de minor. Alciat. tr. de presumpt. reg. 2. presumpt. 32. Et hoc maximè procedit, si licitum fuerit principium notante Br. in l. 23. §. 4. ad L. Jul. de adult. Et hinc concludere affirmativè licet de hæc quæstione: quidam canibus venabatur cervum, qui illum ita cogebant & persequabantur, ut se de summitate montis cervus præcipitaret, quæritur utrum hic cervus fugantis sit, an verò occupantis? & prius Aff. per præcedentia. Hanc quæstionem proponit Chassane. ad Consuet. Burgund. rubr. 13. §. 7. n. 9. verum nullam addit decisionem. Fundatur etiam hæc consuetudo, in Regula Juris manifestâ, quæ talis est: Quæ ab initio constiterunt, non evanescent seu vitiantur, si recidant in illum casum, à quò incipere non potuerunt l. 85. §. 1. de R. J. c. 37. de R. J. in 6. Contra sentiunt Harpr. in d. S. fera. n. 329. & Noë Meurer. d. tr. p. 2. tit. wie man das Wild jagen soll. p. m. 37.

CXIV.

Hinc constat feram hodie esse vulnerantis, non capientis,

entis, juxta sententiam veterem Trebatii, quæ olim explo-
debatur, quâ de *suprà* t. b. 31. hodiè rursus recipitur & viget,
Gl. in l. 5. §. 1. de A. R. D. Rittersb. in d. §. fere. Arnold. Reyer in
thesaur. Jur. verb. venatio. n. 19.

CXV.

Ad forestæ jus seu sylvarum, porrò etiam pertinent li-
gna, seu arbores sylvæ, quæ sunt propriæ ejus cujus est fo-
resta, quo circa in illam incido quæstionem: Num Domi-
nus sylvæ, in illâ quæ alteri venationes debet, grandes &
annosas arbores unâ vice & magnò numerò, excidere que-
at? Negativam ut verioremi mihi tenere mens est, propter
l. 7. §. 12. solut. matr. ibiq; Br. & Bl. facit etiam l. 13. §. 1. de S. P.
R. ubi, neminem rectè constitutum jus servitutis deteriora-
re posse, satis aperè dicitur: utiq; etiam simile servituti jus
venandi, per arborum extirpationem numerosam, deterio-
rare nefas erit. Quin tamen ligna & arbores dominus cæ-
dere possit, ad usum necessarium, non nego, modò modera-
tè & civiliter id fiat, nec noceatur venationibus arg. l. 10, de
Usufr. Gail. 2. obs. 68. n. 9.

Q. 50.

CXVI.

Nullatenus igitur totam sylvam eradicare ipsi licebit,
ut ad culturam redigat: omnem enim sic corrumpet ve-
nationem, quam sententiam tenent *Cæpoll. de S. P. R. c. 9. n.*
40. & seq. Georg. Mor. d. 17. p. 2. c. 3. n. 18. Knich. p. 2. c. 2. de pact.
vestit. n. 8.

Q. 51.

CXVII.

Sed, quid hîc statuendum? poterit ne is, cui jus venan-
di debetur in sylvâ alienâ, succisis lignis, in capturam fera-
rum sylvam cingere? quod dicitur nostris (*Hagen*) ad hujus
affirmativam me invitat *l. 29. locati*, quæ etiam aliàs commu-
nis est, teste *Zasio cons. 6. n. 1. lib. 2.* quem sequitur *Gail. d. obs.*
68. n. 6. Hoc tamen propriis lignis fieri debere putat *Harpr.*
d. l. n. 272. Aliter limitat hanc sententiã, *Wehner. d. l. p. m. 155.*
ut videl. aliud obtineat, si in præjudiciũ tertii hæc res vergat,
Mindan. de mandat. Jud. L. 2. c. 41. in pr. & Gilhaus. arb. Judic.
civ. p. 1. c. 1. n. 90.

Q. 52.

CXVIII.

Ad forestam tuendam requiritur etiam saltuarius, cu-
jus constitutio pertinet ad jus forestæ, vulgò *Bestellung der*

E 3

Forst

Forst oder Holznechte. *Natta. conf. 311. tom. 2. n. 1. Monspel. conf. 40. n. 7. & 37.* Et his pro defensione bombardas gerere licitum est *l. 1. C. ut armor. us. & c. L. 12. ibiq; Dd. comm. De saltuariis* illud hic quæro: utrum jus venandi habens, invito proprietariô possit extruere in forestâ domunculam, in habitationem saltuarii? quod libenter affirmarem, nisi me *l. 6. in fin. de S. R. P.* in contrariam raperet sententiam, in quo textu specialis requiritur constitutio servitutis, in hoc, ut quis possit habere tugurium, licet jus pascendi habeat. *Dennell. comm. c. 7. n. 20.* Multô minus itaq; domum habitabilem extruere licebit, sine speciali proprietarii concessione *vid. Noë Meurer. d. tr. p. 28.* & proinde Proprietarius ejusmodi domum invito ipsô ædificatam, propriâ autoritate destruere potest *Cæpoll. de S. R. P. c. 16.*

CXIX.

Forestæ & Sylvarum fructus sunt glandes, quarum legendarum jus, num ad proprietarium, an verô ad eum, cujus venationes sunt, pertineant, non una est *Dd. sententia.* Ego, nisi intervenerint pacta, quæ legem contractibus dare dicuntur *in l. 1. §. 6. depositi:* vel præscriptio aliud introduxerit, vel consuetudo, his enim semper erit standum, Affirmativam prioris tuebor. Hâc insuper adjectâ distinctione, cum glandis appellatione, omne genus fructuum veniat, *l. un. de gland. leg.* me hic nobiliores intelligere fructus, quos proprietarii esse dico, ne penes illû inutilis remaneret proprietas, quod esset contra *l. 8. de usu & usufr. leg.* Viliorum enim, vulgò nostris (das Geackerich/wild Obß) pars, feris in victum relinqui debet, ne his alimenta quodammodo detrahantur, & hâc ratione necentur *arg. l. 4. de lib. agnosc. Pruckm. de regal. d. l. c. 8.* latè hæc de quæstione *Noë Meurer. d. tr. p. m. 25. Gail. d. obs. 68. Bocer. class. 4. D. 3. th. 29. Georg. Mor. d. tr. p. 2. c. 3. n. 23. cum seqq.*

CXX.

Fructus sylvarum aliquales quoq; videntur, gramina & herbæ, quæ in illis crescunt, ubi itidem dubitari potest: An proprietarius possit pecora sua in illas mittere, herbasq; depascere? Facile expedietur hæc quæstio, distinctione, inter sylvam cœduam & pascuam, *per l. 30. in pr. & fin. de V. S.*
qui

qui pascuam habet potest: Secus est in cœdua. Rationes vide apud Noë Meurer. p. 2. p. 27. & p. 7. p. m. 179. Hoc erit notandum, capras die Geissen in nullam sylvam, sive sit cœdua, sive pascua, mitti posse, nam magnum arboribus adferunt damnum, in montibus tamen, ubi nullæ sunt arbores, pasci poterunt. Noë Meurer. d. l. p. 1. p. m. 7.

CXXI.

Subjectum venationis illa claudat quæstio: Utrum is qui jus forestæ, unâ cum jure venandi habet, merum quoque imperiû habeat, ut feripetas & alios delinquentes circa dicta jura, criminaliter punire possit? Mihi non obstante l. 2. de Jdictione. Negativa placet, ex eâ ratione: quia jus forestæ, & merum imperium, sunt diversissima, & proinde ab unô ad alterum malè infertur. Gilhaus. in arbitr. Jud. c. 1. p. 1. n. 92. Meuchsfner. tom. 2. L. 2. decis. 4. in causâ Ingelheim contra Pfsalk. n. 7. fol. 201. quem sequitur Bidembach. in question. nob. quæst. 15. n. 8. Georg. Mor. d. tr. p. 2. c. 3. n. 8. Quod verò illud l. 2. de Jdictione attinet, concessâ aliquâ re, omnia concessa videri, sine quibus, id quod concessum est, commodè expediri & defendi nequit. Ad hoc Respondeo cum Harpr. d. l. n. 269. optimè defendi posse jus venandi sine merô imperio; auctoritate scil. & auxilio Magistratus ordinarii.

Q. 56.

CXXII.

Quia verò longa consuetudo Jdictionem non habenti tribuit, proinde prædictam sententiam sic limitabo: ut aliud obtineat, si ita longâ consuetudine observatum fuerit, ut jus forestæ habens, de criminibus venatoris cognoverit, cum Harpr. d. l. n. 271. CXXIII.

Illud consuetudine Germaniæ receptum, testatur Georg. Mor. d. tr. p. 2. c. 3. n. 10. quod omnis, qui habeat jus venandi, accessoria quoque illi Jura habeat, quale est jus edicti, prohibendi venationem & aucupia: gebot vnd verbot des Jagens vnd Bogelfangens. Ad quod illud quoque pertinere videtur, quando præcipitur rusticis, ut canibus suis accingant fustes, quod plerisque in locis fit, ne insultu illorum fugentur feræ. Webner. d. l. pag. m. 158. Vel etiam planè illis crura franguntur, quo minus celeriter currant, quod in Rugia moris esse, testatur Arum. p. m. de Jur. Publ. vol. 3. D. 19. th. 195.

Subje-



CXXIV.

Subjecto succedit objectum, quod sunt omnes feræ terrestres. Dico autem feras, quia in domesticis seu arte cicuratis, nulla locum habet venatio, ut *supr. th. 29. dixi.*

CXXV.

Q. 57.

Quid verò dicendum, si casu talis arte cicurata fera occidatur: puta, venator cervum mansuefactum in sylva reperit, eumq; interficit, dum putat esse ferum, quæritur? utrum æstimationem Domino præstare, cogendus sit venator. Et, quamvis quidem non acquirat prædam captam ac interfectam venator: neq; tamen, ideò æstimationem præstare tenebitur, quod interficiendi jus nõ habuerit, quia dolo caruit, cervumq; probabiliter ferum esse putavit *Dd. in §. cervos f. de R.D. Seb. Med. d. tr. p. 2. q. 15.*

CXXVI.

Omnes porrò feræ, in duas species non incongruè dispescuntur. Primam facio illarum quæ ob diritatem, devastationes, & damna sic appellantur, nostro idiomate, *schädliche Thiere Wehn. d. verb. Forstrecht. p. m. 164. in pr.* quales sunt leones, ursi, lynces, lupi & his similes, quas citra concessionem specialiter interficere licebat *per l. un. C. de venat. ferar. L. 11. §. nemo retia. c. un. de pace tenendâ 2. feudor. t. 53. Rebuff. in d. l. un. n. 2. Petr. Gregor. 39. Syntagm. c. 10. n. 4. Chassan. de glor. mundi p. 10. confid. 50.* Immò quod magis, has feras interficientes plerisq; in locis præmio afficiuntur, quod apud Anglos & Gallos observari testatur, *Arnif. de jur. Maj. L. 3. c. 4. vid. quæ scribit Lansius. in orat. pro Britannia p. m. 624. qui in orat. contr. Hungar. testatur quod Athenienses, olim lege latâ præmio invitaverint homines, ad cædes luporum; cum ei qui catulum interemisset talentū, qui verò adultum occidisset, duo talenta data fuerint.* Et sic etiam observari in Saxonîâ, de accipitre & aliis avibus rapacibus audio.

CXXVII.

Q. 58.

Hanc commodā nactus occasionē, illam quæstionem propono: An hoc præmium multiplicari debeat, pro numero catulorum, in utero lupæ reperorum? Pro negativa facit *l. 7. ibiq; Gl. de statu hominū l. 2. §. 6. f. excusat. tut. Schneidw.*

adt.

ad §. 17. *J. de legat. n. 7. Bl. in l. fin. de liber. causa Seb. Med. d. tr. p. 2. q. 14.* qui secus esse dicit, si lupa lactans cum lupatinis fuerit occisa, ad quod *alleg. Immol. in l. 45. ad L. Falcid. Felin. in c. sicut de homicid.*

CXXVIII.

Circa has bestias, illud quoq; velut in transcurso, examinare libet; Si quis gallinam vel anserem de ore vulpis, ovem de faucibus lupi, vel columbam ex ungvibus accipitris, liberaverit, an Domino restituere teneatur, quod affirmo, propter *l. 44. de A. R. D. junct. l. 8. §. fin. fam. ercisc. cum Seb. Med. d. tr. p. 2. q. 19. Cæpoll. de S. R. P. c. 21. n. 6.*

Q. 59.

CXXIX.

In th. ab hac tertia dixi noxias bestias cuilibet venandi facultatem esse, hodiernis tamen moribus hoc rursus mutatum video, & hæ bestię ad jus forestæ pertinent, *Rüding. cent. 5. obs. 63. n. 3. Sixtin. de regal. L. 2. c. 18. in fin.* Hodie siquidem illarum venationes werdē nach deutschen Gebrauch für ein sonderlich Regalstücke gehalten. *Wehner. d. verb. Forstrecht p. m. 164.*

CXXX.

Et hoc adeo verum est, ut adhuc hodie quæri soleat: utrum, concessâ venatione Universalis, etiam concessa videatur, venatio urforum, lincium, & aprorum? Et negat *Wehner. d. t. p. 164.* testatur enim ad harum bestiarum venationem, specialem requiri concessionem quæ rarissimè fiat. Unicum tantummodo affert exemplum, nobilium primariorum Hassiæ der Nievesel/ quos ex singulari principis gratiâ, venatione aprinâ vestitos esse ait.

Q. 60.

CXXXI.

Altera ferarum species, est illarum quæ non adeo diræ vel rapaces sunt, quarum ferinis in nostris utimur culinis, quales sunt cervi, capreæ, lepores &c.

CXXXII.

De capreis illam notabo quæstionem: num ad jus forestæ universale vel particulare referri debeant? De quâ quæstione, difficile erit certi quid statuere, præsertim cum pro diversitate locorū, modo huc, modo illuc referantur. *Wehner. d. l. p. m. 162.* Prout itaq; singularum regionum &

Q. 61.

F

pro-

provinciarum mos fert, ita jus esto *Meichsner. tom. 1. p. 2. decis. fol. 6. n. 14. & seq. & tom. 2. decis. 42. fol. 718. & hæc de Materiâ.*

CXXXIII.

Materiam, directò sequitur forma venationis, quæ notante *Wes. in π. de A. R. D. varia est. Ego impræsentiarum tria de illa sum consideraturus; Modū: Locum: & Tempus.*

CXXXIV.

Q. 62. Circa Modum venandi quatuor veniunt notanda. Primò, illi quæis venatio competit, moderatè hoc suo jure uti debent, & præcipuè illud observent, ne per ferarū multitudinem vel intempestivam illarum venationem, vel alio modo, messibus, segetibus vel reliquis fructibus, damnū inferant. *Zoannett. in l. 2. C. de pact. que int. emp. n. 209. Quod si observare recusent, damnūq; hoc modo datum fuerit, ad resarciendum illud se esse obligatos sciant. Nec illud excusationem promeretur, si permiserint occidere feras in agris repertas: Sed vel includere illas, vel deminuere, vel omnibus licentiam venandi concedere debent per. l. 2. §. fin. si quadr. pauper. l. 11. §. 5. & l. 30. §. 3. L. Aquiliam. & his sim. Covarr. in c. peccatum. p. 2. relect. §. 8. n. 11. Tr. vol. 2. D. 20. th. 3. lit. A. ibiq; Bachov. Gail. 2. obs. 68. n. 10. Quod etiam de jure Sax. obtinet Landr. L. 2. art. 61. cujus hæc sunt verba: Niemand soll die Saat treten vmb jagens oder hekens willen/ als das Korn geschosset. & ibi in Gl. 4. wer das thut der soll den Schaden gelten. Illa autem verba, wann das Korn geschosset ita sunt intelligenda, wenn die Saat das andere Blat gewonnen hat/juxta Gl. n. 5. quo spectat elegans illud *Melissi ad Dn. Frider. 4. Elect. Palat.**

Sic tibi venandum perpendito, ne grave damnū,

Subjecti, aut fruges, ipsaq; terra ferant.

Et hæc aded vera sunt, ut si damnū fuerit ingens, nec resarcire illud velit à quo datum est, venatione privari possit *Alb. de Rosat. in l. 3. C. de quadr. præscript. Zoannett. de dupl. ven. n. 75. Afflict. decis. 265. n. 73. Curt. Jun. de feud. p. 1. n. 11. Georg. Mor. d. tr. p. 1. c. 4. n. 19. cum 2. seqq.*

CXXXV.

Quæ cum ita sint, consuetudo illa, qua subditi, stantibus fructibus, abigere feras ex agris, vel latratores canes habe-

habere, vel sepimentis agros cingere prohibentur, tanquam contra bonos mores & irrationalis, nullius erit momenti. Piissima hac de re extat constitutio D. Mauritii Electi Saxon. in *constit. Provinc. tit. von Abschewung des Wildprets* quã indulgetur rusticis, daß sie mit kleinẽ Hunden so nicht Jagthunde seyn / das Wildpret abschewen mögen. *Iust. Meier. colleg. Argentor. L. 41. pand. tit. 1. th. 19. n. 6.* Dicitur autem in constitutione (daß nicht Jagthunde seyn) quæ verba innunt, fraudulentè hac in re rusticos procedere non debere, ut videl. sub prætextu fugationis ope canum feras capiant. Cui simile est illud si sepimenta faciant acuta, ut ingredi volentes feræ se transfigant, quæ non fieri debent. Nam quicquid fit in fraudem juris alieni, id prohibitum illicitumq; perhibetur *l. 8. §. 20. de transact. l. 38. de R. V. l. 1. §. 1. ibiq; Gl. naut. caup. stab. Cravett. conf. 362. n. 13.* meritò itaq; pro ratione circumstantiarum, contra facientes puniri poterunt.

CXXXVI.

Secundò modus quoq; erit adhibendus in exigendis operis venatoriis à subditis. Has enim exigere jure posse Dominum forestæ placet cum *Bl. in l. 1. in fin. C. de oper. libert. Angel. conf. 224.* & quod magis, propriis sumptibus illas facere debent subditi, nisi tam pauperes sint, ut non habeant, unde se interim cum suis sustentent, *arg. l. 18. de operis libertor. Br. in l. 26. §. libertus n. 31. de condict. in deb. Zas. lib. 1. sing. respons. c. 3. n. 82. in fin.* Caveant igitur venationibus dediti, ne nimis frequentes & immoderatas subditis imponant operas, quas dum præstare coguntur, se ipsos alendi mediâ quævis eripiuntur. *Coler. de process. exec. p. 1. c. 9. n. 26. Gail. J. 1. obs. 17.* qui notat, subditos hoc modo prægravatos, hac de re querelam ad Cameram Imper. deferre, mandataq; sine clausulâ impetrare posse *Harpr. n. 292.*

CXXXVII.

Quæ autem sint operæ venatoriæ, disquirendum jam erit. Eleganter illas recenset & demonstrat Noë Meurer. *d. l. p. 2. p. m. 36. tit. was für vnd wie viel Beschwerden von wegen Forsts &c. Als die Jäger zu machen / für zustehen / Barn / Seyler / Hunde / Holtz darzu zuführen vnd dergleichen.* Quibus verbis finalibus vnd dergleichen motus, statuo etiam canes venati-

Q. 63.

Q. 64.

Q. 65.

naticos alere tenere subditos, quamvis id nullibi se legisse dicat *Gilandus decis. 12. n. 26. L. 1. fol. 181.* & hoc expressè inter gravamina forestæ refert *Meurer. d. l. vers. item von wegen eines Forsts. § p. 35.* ubi dicit *Meurer*: Mit den Hunde ziehen/ soll Forst Jäger vnd Windmeister selbe den Amptleuten vñ Richtern vberantworten / die dann in jeden Flecken dieselben zuerziehen / einem jeden nach seinem Vermögen vnd Gelegenheit vmbtheilen sollen / damit Gleichheit hierinnen gehalten werde. Idem facit *Wehner. d. l. p. m. 158.* cujus verba hæc sunt: Item die Frohndienste / ohne welche die Jagten nicht können verrichtet werden / als die Haltung der Hunde / die Führung der Neßgarn vnd Hunde / vñ daß die in dem Bezirck der Förstlichen Obrigkeit gefessene Unterthanen zum Jagen zu helfen vnd zu dienen schuldig seyn. Quibusdam tamen in locis magis piè, alendi traduntur canes carnifici, id quod ab *Illustris. Ducibus Vinarisibus*, Dominis meis clementissimis fieri audio & video, nam carnifex hujus loci quosdam alit, & alii huic territorio subjecti. CXXXVIII.

Tertio, circa modum, venantes hoc quoq; observent, ne propter immodicum venandi studium, necessaria posthabeantur vel negligantur, quâ de causâ apud plurimos accusatur *Henricus. I. Auceps*, quod omni sepositâ Reip. curâ, se totû venationibus dedicaverit. Nec aliter *Hadrianus & Maximilianus Impp. Rom.* quod ad præsentissimû, usq; vitæ discrimen venando processerint, teste *Dione in reliq. de Hadriano & Spartianus in vita ejusdem, Arnif. de J. Maj. L. 3. c. 4. n. 8.* & hoc nomine laceffit *Anglos Principes Lansius in orat. cõtr. Britan. p. m. 690.* eleganter hic quadrat rursus aliud *Melissi supr. d. l.*

*Qui nimis indulgent crebris venatibus, illos,
Cernimus, in brutas degenerare feras.*

CXXXIX.

Quarto, deniq; illud quoq; de modo venandi tenendû, ut venationi cujuscunq; illa sit generis, sic indulgeas, ne quod multis usu venisse scio, aureo te piscatû hamo doleas, aut cum canibus opes tibi cucurrisse conqueraris, avo lasse cum accipitre; Quod nõ minus prudenter quam eleganter monet *Henr. Salmuth. in comment. ad nova repert. Guid.*

Pan-

*Pancirolli tit. de Aucupio 23. p. m. 706. in fin. cujus verba hic ad-
scribere volui. vid. Gulielm. Anton. in tr. de rescript. morator. con-
clus. 48. n. 104.*

CXL.

Locus in venatione instituendâ diligenter quoq; est
observandus, nam non omnia instrumenta venatoria cui-
bet loco apta reputantur. *Jac. Menoch. conf. 942. n. 47. Videm⁹
enim in illis locis, ubi homines vel pecudes transire con-
sueverunt, fossas in capturam ferarū, nostratibus Wolff oder
Fuchsgruben/ nec in proprio facere licet, textus est expres-
sus in l. 28. & seq. ad L. Aquiliam Petr. Gregor. Tholos. L. 39. Syn-
tagm. c. 10. n. 15. nec decipulæ vel pedicæ vulgò Schleiffen
oder Selbschoß ibi poni poterunt Georg. Mor. d. tr. p. 1. c. 4. n.
22. & generaliter nullâ arte fraudulentâ ad venandum uti
possumus, præsertim in fundo alieno Ægidius Bossius de re-
gal. n. 43.*

Q. 66.

CXLI.

Tempus quoq; in venando, nõ minus quam locus ob-
servari debet. Præsertim autē diebus festis venationes fieri
regulariter prohibitū est, c. 3. X. de feriis l. 7. l. fin. C. eod. Pruckm.
in d. §. venatio. c. 5. Petr. Gregor. Thol. L. 2. Syntagm. c. 16. n. 17. &
seq. Georg. Mor. d. tr. p. 2. c. 10. n. 4. Seb. Med. d. tr. p. 1. q. 11. n. 4.

CXLII.

Observandū quoq; illud tempus erit, quo imprægnan-
tur feræ & pariunt, nam hoc tempore incōvenienter vena-
tionib⁹ obruuntur, *Wes. in π. de A.R.D. n. 7. Covarr. d. l. p. 2. re-
lect. §. 8. n. 3. vers. 2. Seb. Med. d. q. 11. Wehn. d. l. p. m. 160.*

CXLIII.

Quam ob causam, Illustrissimorum Saxonie Ducum,
aliorumq; Principum constitutionibus, qualis est Augusti
Elect. tit. daß keiner auff des andern Grund vñ Boden jagen
soll. in fin. & tit. von Vogelfang in ordinat. Provinc. omnis fera-
rū captura, post Bachanalia, ad Bartholomæi usq; diem in-
clusivè, quiescere jussa fuit, sub pœnâ centum florenorum,
*Colerus ad c. auditis X. de præscription. n. 39. Arn. Reyer in thes. jur.
verb. venatio. n. 4.*

CXLIV.

Haftenus tamen quæ de temporis ratione habendâ
dixi, sic intellecta volo, ut casus necessitatis (puta famis aut
perituræ segetis) quo de supr. th. 104. semper except⁹ videat-
tur. Necessitate quippe urgente venari poterit quocunq; tē-

pore t. 1. X. de feriis. c. si nulla. 23. q. 8. l. 3. C. de feriis. Omne enim id feriis agere licet quod prætermissum nocet quod Scævola dixisse fert Hillig. in Don. Enucl. L. 24. c. 7. lit. ll. p. m. 7201. Facillimè etiã in hoc supremi numinis speratur venia, per quod multorum salus & incolumitas procuratur, *Imp. in l. 10. C. d. tit.*

CXLV.

Pervenio jam ad causam Finale[m] quam quoq; duplicem facio; est enim Finis vel primarius, vel secundarius.

CXLVI.

Primarius venationis Finis, est acquisitio domini, & usus ferinarum ad victum, & vestitum *Wes. in π. de A. R. D. n. 7.* Animalia quippe ad usum hominum à Deo sunt creata, partim ad cibos, partim ad vestitum, partim etiam ad operis auxilia, *Lactant. de ira Dei c. 13. Arist. 1. Polit. c. 8. Excellentiss. Dn. Gerhard. p. m. Diss. politic. decad. 7. quest. ult.*

CXLVII.

Q. 67. An autem ad commercia uti possimus ferinis, dubitatione non caret? si principis personam hic consideremus, maximè erit Negandum. Omne siquidem commercium ab illo institutum ipsi opprobrio est *per l. 3. C. de commerc. Strach. de mercat. p. 3. n. 14. Bocer. de regal. c. 2. n. 52.* Et prudentissimè sic respondisse fertur Imp. Theodosio uxori suæ: Cum me Deus imperatorem designaverit, tu me mercaturam facere contendis? Scito mercaturam privatis esse concessam, cujus emolumenta si & nos interceperimus, unde nam subditi victum sibi comparabunt. *Zonar. tom. 3. annal. alia & plura hujus rei exempla refert Schönb. L. 3 Polit. c. 39. circ. fin. sed fallitur Schönb. & cum illo Dan. Otto de jur. publ. c. 20. in eo quod putant nobiles dedecori esse mercaturam exercere, hos enim posse præsertim illam de qua impræsentiarum verius puto, cum Joh. Limnao L. 6. de Jur. publ. c. 5. n. 74.*

Q. 68.

CXLVIII.

Finis secundarius venationis qui in Principibus vel magnatibus solet esse primarius, est corporis exercitatio, & animi delectatio, quæ conducit ad firmandam conservandamq; valetudinem: *Wes. in π. de A. R. D. n. 7. Pruckin. d. §. venatio c. 2. n. 38. & seqq. Heig. p. 1. quest. 15. n. 2.*

CXLIX.

Non parum etiam confert studium venandi ad animum

excitandum, *juxta Xenophontem in lib. de venat. Tiraq. de nobil. c. 37. n. 141. Einſiedel de regal. c. 3. n. 358. umbratilem enim quasi militiam repræſentat Joh. à Gockier L. 5. theſ. Polit. c. 20.*

CL.

Unde plura extant exempla, exquisitiſſimorum Hero-um, quos delectavit venatio. Alexander magnus poſt prandium diem ſæpè venatu conſumpſit, *Plutarch. in ejus vita.* Pelopedas item Thebanus, vir animi virtute, & corporis robore præcellens, primam militiæ ſuæ inſtitutionem, à venationis meditatione accepit ut idem *Plutarch. in ejus vita.* Plura vid. apud *Seb. Med. d. tr. p. 2. c. 41. Georg. Mor. p. 2. c. 12.*

CLI.

Inſpectis ac exhibitis cauſis illa quæ Effectus naturam ſapere videntur, pertractanda ſeqvuntur. Eſt autem Effectus venationis, ut capta fiant capientium, *Wef. in π. d. l. quod adeò verum eſt, ut quamvis in alieno capta ſint, tamen capienti acquirantur ut latè ſupr. in th. 15. & aliquot ſeqq. dixi.*

CLII.

Ad Effectum venationis accedere quoq; propius illud videtur; quod contra illum, qui liberam venationem impedit vel prohibet, prodita ſit actio conſeſſoria, vel è contrario negatoria, *arg. l. 2. l. 10. in ſin. ſi ſervitus vind. l. 1. §. ſin. de aqua. plu. arc. ibiq; Gl. in verb. actionem.* Non obſtat illud, quod hæ actiones, pro ſervitutibus principaliter ſint introductæ: hoc quamvis verum quidem ſit, nihilominus tamen ad aſſerenda alia jura, quorum non eſt diſſimilis ratio, per bonam interpretationem produci poſſunt, *juxta Bachov. tr. de act. D. 2. th. 23. in ſin.* Prorſus autem diſſimilem ſervituti venationem non eſſe ſæpius actum.

CLIII.

Contra turbantem, datur etiam utile interdictum uti poſſidetis, quod pro tuendâ quaſi poſſeſſione rerum incorporalium, in quâ quis turbatur, competere ſolet *Dd. in l. 1. C. uti poſſidet. & in c. licet de probat. Br. in l. 1. in pr. ff. uti poſſid. Georg. Mor. d. tr. p. 2. c. 7. n. 8. & c. ſeq. 9. n. 5. qui plures allegat textus.*

CLIV.

In his verò actionibus vel interdicto rectè inſtituendis, actor quaſi poſſeſſionem probare tenetur; hæc autem probatur

Q. 69.

batur per literas investituræ, instrumentis, vel etiam vivis testibus *Harpr. d. l. n. 295. Gail. 2. obs. 66. n. 4.* Et quamvis quidem singulares testes, regulariter nihil probent: hoc tamen non obtinet in probandâ Jdictione, vel servitute *Felin. in c. licet ex quadã, de probationib.* Itaq; in venatione quoq; nõ obtinebit hæc regula, hanc enim tam Jdictioni, quàm servituti, similem esse sæpius fuit dictum. Proinde unus testis de hoc, ille de alio actu testificari poterit, *Harpr. d. l. Georg. Mor. p. 2. c. 5. n. 7.*

CLV.

Q. 70.

Sed? utrum in probando jure venandi, libri venatorii seu forrestorum, aliquid probent, nondum satis liquet. Mihi id affirmare placet, si prædicti libri à magistratu, si à privato producantur *cum Gilhaus. in arb. jud. civ. p. 2. c. 6. art. 2. §. 9. n. 23. propter l. 14. C. de fid. instrument, l. 2. ibiq; Dd. C. de testam. Rüd. cent. 2. obs. 43.*

CLVI.

Q. 71.

Illud circa testes hic controversitur: an videl. subditi, in causâ venationis, contra Dominos sint audiendi: Et admittendos puto, nisi exinde privatum sentiant commodum *Felin. in c. ex literis de testib.* Constat enim ex *Gl. & Br. in l. ultim. de test. & l. 10. C. eod.* Generaliter omnes illos admittendos esse, qui pro aliquo produci non possunt.

CLVII.

Q. 72.

Dixi in præcedentibus de quasi possessione, dicendum de illâ hoc restat, quomodo acquiri soleat. Ad illam obtinendam unicum sufficere actum pacificum putat *Covarr in c. possessor. p. 2. init. n. 6. de R. J. in 6. Gl. & Panorm. in c. si vero de jure patron. Osasc. Cacheran. decis. pedement. 91. n. 5. in fin. Wesenb. conf. 28. n. 20. quos allegat Reinking. L. 1. de R. S. & E. class. 5. c. 4. n. 191. quæ sententia est communis Georg. Mor. d. tr. p. 2. c. 5. n. 1. Ad summũ binum vel trinum actum requirit *Guid. Pap. conf. 92.**

CLVIII.

In hac quasi possessione, tam diu debet quis manuteneri, donec de jure partiũ cognoscatur *l. 1. in pr. uti possid. Gl. in c. licet 28. de præbendis in 6. Hartm. Hartman. obs. 4. n. 6. p. 419.* Plenius ad has actiones, interdictum, testes, possessionem & pignorationem quæ inter litigantes de jure venandi contingere solet, quæ spectant, peti poterunt ex *Georg. Mor. d. tr. p. 2. c. 6. cum seqq. Noë Meurer. p. 2. p. m. 19. cum seqq.*

Por-

Porro, ad Effectum pertinere quoque videntur pœnæ, quibus utuntur Domini forestæ, in coercendis feripetis clandestinis. De his pœnis, variæ extant Dd. sententiæ, quas longo ordine recenset, *Andr. Fachin. L. 1. controv. jur. c. 1.* Mihi, distinguentium sententia videtur probabilis. Distinguitur autem sic: Aut pœna certa prohibitioni est adjecta, aut non. Si nulla est adjecta, inhumanum, crudele, iniquum, rationiq; dissentaneum, pro abjectissimâ ferâ, hominem ad DEI imaginem creatum, pretiosissimo Christi sanguine redemptum, & Spiritus S. gratiâ illuminatum, mactari puto cum *Zoanneet. de dupl. ven. n. 99 facit text. & Andr. art. 61. L. 2. Da Gott den Menschen schuff etc.* Et huc quoq; spectat piissimû illud effatum, Dn. Friderici Guilielmi, Electoratus Saxonici Administratoris laudatissimi, quod tale erat: Dicebat enim, se aliquoties S. Biblia perlegendo emensum esse, nullibi tamen locorum invenisse, quòd homini ad imaginem DEI creato, propter feram bestiam, vita adimi possit. Cui non absimile est illud Christiani II. Electoris Saxonie Illustrissimi, qui dicebat, malle se habere fidelem & opulentum agricolam, quàm opimum cervum, agrivastatorem. *Polycarpus Lyser. Sen. in coloss. Babylon. tr. de narration. somm. pag. 119.* Quia tamen hoc casu transgredientes injuriam committunt in prohibentem *per l. 13. in fin. de injur. cujus quidem pœna est arbitraria § 10. f. de injuriis*, tamen ad mortem aliquando extendi potest *Gl. in d. §. 10. etiam de Jure Saxon. Gl. in d. art. 61. L. 2. Marant: in specul p. 4. dist. 1. n. 59. ibiq; plures allegati*, non tamen hæc pœna arbitraria ad mortem rectè extenditur, nisi in delictis morte dignis, idem *Marant. d. l. n. 71. Andr. Rauchbar. p. 1. quest. 7. in fin.* Proinde, hoc casu imponatur pœna, vel pecuniaria, vel relegatio, vel fustigatio, prout circumstantiæ requirunt, & sic mecum tenent hanc sententiam, *Pruckm. d. §. venatio c. 4. n. 62. Wesenb. in π. de A. R. D. Arum. p. m. vol. de Jur. publ. th. 222. D. 19. Georg. Mor. d. tr. p. 1. c. 4. Speckhan. cent. 1. quest. 98. num. 2. & 15. Bocer. de regal. c. 1. n. 72. Hil- lig. in Don. Enucl. L. 4. c. 8. lit. F. Harpr. d. l. n. 308.* illamque Facultati Juridicæ Wittenbergensi & Consistorio supremi judicii Saxonici placuisse testatur *Bocer. class. 5. D. 3. th. 31. lit. C.*

Q. 73.

Quid verò dicendum erit, si certa pœna capitalis fuerit adjecta prohibitioni. Et hîc nullus dubito, quin ob delicta frequentam, delinquentis contumaciam, contemptum magistratus, aliasque circumstantias, talis clandestinus feripeta capitaliter puniri possit, arg. l. 4. l. 28. § 3. & §. 10. de pœnis Farinac. in pract. crim. l. 1. q. 22. n. 2. Matth. Steph. cent. 2. quæst. Instit. 13. Heig. p. 1. q. 15. in fin. Knieb. de jur. Saxon. c. 5. §. Wälde. circa fin. Noë Meurer. d. tr. p. 2. & p. 7. Nullâ tamen necessitate iudicem hîc teneri volo ad irrogandam hanc pœnam, præsertim primâ vice, unde exactè, immò exactissimè circumstantias observabit, ne quid durius aut remissius constituat, imitamine J. C. Martiani in l. 11. de pœnis quæ multæ hac in parte dandur, plurimum ad augendam vel minuendam pœnam conferentes, quas circumstantias ordine recenset Georg. Mor. d. tr. p. 1. c. 4. n. 17. cum seqq. Meminerit quoque, se semper melius facturum, si mitiorem sequatur sententiam præsertim in leviore causâ. si primâ vice factum sit, juxta pr. d. l. 11. vers. planè, quod etiam J. C. os Tubingenses, hac in causa sæpissimè consultos, fecisse testatur Harpr. d. l. n. 3. 22. Lipsenses contra, laquei pœnam dictasse testatur Schultz. in Synops. Instit. in §. fera. lit. H. in fin. facit. Landrecht rubr. Von Straffe der Wildpretschädiger etc. fol. 544.

CLXI.

Q. 74.

Ad laquei pœnam dictandam quidam moventur, quod furtum fieri putent à clandestinis feripetis, in qua sententia est Matth. Steph. cent. 2. quæst. Instit. 13. & Conrad ab Einsidel de regal. c. 3. n. 361 cum seqq. Quæ tamen sententia mihi tanquam falsa displicet, & neque hodie ferarum furtum fieri verius puto, cum Magnif. Dn. Frantzko exerc. 4. q. 3. n. 3. & seq. Wesenbec. in π. de A. R. D. num. 7. latius supr. thes. 27. quæ rationes adhuc hodie militant.

CLXII.

Q. 75.

Illud circa pœnas quærendum restat: Utrum illi, qui scientes, die Wildprets Diebe herbergen/ oder das Wildpret abtâuffen/ de quibus Wehn. d. l. p. m. 158. Zas. cons. 7. lib. 2. num. 11. Gail. 2. obs. 68. n. 7. eâdem pœnâ sint afficiendi, cum delinquentibus?

Quod

Quod Nego per *l. i. C. de his, qui latron.* Contrarium obtinet de Jure Saxon. Landr. *L. 2. art. 25. ubi Gl. in verb. vnrechte Mitthelfer. consul. Magnif. Dn. Ordinarius Petrus Theodoricus, Præceptor, Promotor ac Patronus meus, pro eâ, quâ pollet autoritate & magnificentiâ, satis nunquam observandus, in Collegio suo criminal. Disput. 2. thes. 8. lit. E.*

CLXIII.

Restant Accidentia venationis, quæ cum sint varia, latissimeque pateant, adeò, ut sub præsens opus illa revocare vix sit possibile, quatuor circa illa versantes adscribã quæstiones.

CLXIV.

Primò, cum inter venandum frequenter accidere soleat, ut crassius quis loquatur de rebus venatoriis, si hac ex causa consuetæ venatoribus pœnæ subjiciatur (*daß ihme das Weidemeßer geschlagen*) num injuriarum agere possit, controversia non caret? Non obstante illo, quòd hoc inter saltuarios & venatores consuetudine receptum sit, Affirmativam tenebo: contra *Besold. in thes. pract. ad consuetudinem siquidem introducendam, non saltem temporis diuturnitas, verùm & rationabilitas requiritur, arg. l. 14. l. 39. de Ll. Nov. 134. c. 8. c. fin. ibiq; Gl. de consuet. Betsius tr. de consuet. c. 2. hic autem nulla subest rationabilitas. Veros modos loquendi more venatorio tradit Meurer d. tr. p. 4. p. m. 62. cum seqq.* Quos ex illo addiscendos esse, ne quandoque, si venationibus interesse, ratione officii contingat, venatoribus risui ac ludibrio simus, monet *Keller. L. 2. de Offic. Juridicopolit. c. 14. p. m. 442.*

Q. 76.

CLXV.

II. Illud cum non infrequenter quoque contingat, ut inter venandum falco cum solaneis in pedibus junctis aufugiat: utrum hic Domino restitui debeat, controversum est? Hæc sanè quæstio, si jus commune spectetur, neganda erit, talis enim falco animum revertendi deposuisse videtur, ac proinde reddendus non erit, sed occupantis fiet, per *§. 15. J. de R. D.* De jure verò consuetudinario secus erit dicendum cum *Br. in tr. de falcone Capoll. de S. R. P. c. 21. n. 7. Seb. Med. d. tr. p. 2. q. 38.* & hoc etiam de jure Sax. observatur *Gl. Weichbild*

Q. 77.

art. 20. Habetur etiam hujus rei antiqua dispositio Caroli Magni Imperatoris, cujus mentionem facit Noë Meurer d. tr. p. 28. tit. Von Wilden Bogeln/ cujus verba ita sonant: Hat das Federspiet ein Masse/ vnd entrinnet das einem Manne/ man soll ihm mit Recht das widergeben/ wie lang es aus ist. Et hoc adeo verum est, ut dicat Br d. l. Si falco malo cibo interierit, dum alius illum tenet, contra possidentem actionem in factum competere domino falconis, arg. l. 7. §. 6. ad L. Aquil. Jacob. de S. Georg. in tr. feud. verb. & cum venationibus. n. 6. vid. Landrecht L. 3. art. 47. ibiq; Gloss. col. 3. in fin.

CLXVI.

Q. 78. III. Aliquando etiam occasione venationis homo interficitur: puta, venator vult interficere feram & globo transfigitur homo, quid hic erit juris? an hic homicida ordinariè puniendus veniat, nodosa est inter Dd. questio? Et generaliter negari potest, eum ordinariè esse puniendum, arg. l. 11. §. 2. de pœnis. Exod. c. 21. v. 12. Levit. 19. v. 16. Distingueadum tamen erit: aut enim venabatur in loco prohibito, aut non: Priori casu aut occidit prohibentem, aut alium: si illum, quia rei illicitæ dabat operam, tenebitur. Si hoc, videndum erit, an venatus fuerit armis prohibitis, aut non: Si illud etiam tenebitur. Si hoc aut adhibuit diligentiam in præcavendo, ne hominem occidat, & non tenetur: aut non adhibuit diligentiam, & rursus tenetur. Seb. Med. d. tr. p. 2. q. 9. Georg. Mor. d. tr. p. 2. c. 11. n. 5. cum seqq. vid. quæ tradit Magnif. Dn. Ordinarius Petrus Theodoricus in Colleg. crimin. Diss. 7. th. 5. lit. C.

CLXVII.

Q. 79. IV. Illud denique venatoribus accidere solet, ut cum retia posuerint, alius adveniens prædam implicatam eximat: num eximens id faciat suum non caret dubio? Mihi videtur hujus rei decisio pendere ex l. 55. de A. R. D. ex qua affirmativa elici poterit, Chassin. ad consuet. Burgund. rubr. 13. §. 7. n. 9. quæ etiam obtinet, nisi consuetudine aliud introductum sit, vel extet statutum loci in contrarium, quæ observanda sunt. Capoll. de S. R. P. c. 21. num. 4.

CLXVIII. De-

CLXVIII.

Denique reliquum est, ut Contraria quoque confiderentur. Postquam enim satis haecenus egi de constituendo jure venandi, omnino etiam de amittendo dicendum erit, quæ methodus haud infrequens est Justiniano, qui post materiae constitutionem, de contrariis & modis dissolvendi agit, cuius rei fidem faciunt, *tit. quibus modis jus patr. pot. solv. tit. quibus mod. tut. sin. tit. quibus modis testam. infirm. & tit. quibus mod. toll. oblig. & c.*

CLXIX.

Si venatio competat sub conditione, vel certo tempore, existente conditione, elapsoque tempore finitur, *arg. l. 105. de cond. & demonstr. l. 11. §. 1. quemadm. serv. am.*

CLXX.

Amittitur porrò venatio vel facto proprio: vel alieno. Illo modo proprio videlicet facto amittitur. I. Non utendo, *arg. l. 16. C. de Usufr. l. 7. quemadmod. serv. am. l. 1. de nundin. §. 3. J. de Usufruct.* Quemadmodum autem requiritur longum tempus ad præscriptionem ejus, in amissione quoque idem requiri puto. Instar servitutum omnium, quibus est similis venatio, *l. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* nullam hic admittens distinctionem, inter continuas, & discontinuas servitutes, cum *Coras. L. 5. miscell. c. 5. Donell. 11. comm. 6. 11. Andr. Gerhard exerc. Just. dec. 5. thes. 3.* Sed hinc excipiuntur duo casus, unus, si quis fortè ob defectum ferarum, instrumentorum vel aliis justis ex causis, vim forsam militum &c. venationes instituere præpeditus fuerit, tali casu non amittit jus suum, *l. 34. §. 1. l. 35. de S. P. R. Gothfr. in not. ad d. l. 35. lit. B. Donell. 11. comm. c. ult. in fin.* Alter, si vicinus libertatem non præscripserit, *arg. l. 6. de S. U. P.* II. Amittitur abutendo; beneficis enim, qui abutitur, meritò illis privatur, *c. 6. causa. 11. quæst. 3. c. 7. dist. 74. Gail. de arrest. c. 10. num. 13 Matth. Steph. L. 1. de Juridict. c. 39. num. 9. Afflictis d. decis. 265. n. 73.* Item servitute qui abutitur illius, jus perdit, *l. 10. §. 1. l. 18. in pr. quemadm. serv. am. cui venatio est similis, facit X. A. de anno 1570. §. Damit*

solch vbermässig. & 2 seqq. & s. Und was jeso. Quomodo au-
tem quis abutatur venatione, vid. supr. thes. 134. cum seqq. III.
Proprio quoque facto amittitur, si Domino cesserit, d. §. 3. f.
de Usufr. l. 66. de jur. dot. Domino dixi, nam extraneo cedi ne-
quit, vid. supr. thes. 82. Alieno facto perditur jus venandi, si
illud tenens ab imperio ob delictum aliquod proscriptus
fuerit, facit text. expressus in *Ordinat. Camer. part 2. tit. 9. §. So
jemand. vers.* So bald auch der. ubi dicitur: Sollen des oder
deroselbigen Leib vnd Gut / allermänniglichen erlaubet seyn etc.
R. A. de Anno 1576. Maximil. II. §. Ob auch wol in angezoge-
nen. *Mynsing. cent. 5. observat. 78. num. 3. Gail. L. 2. de pac. publ. c. 1.
n. 23. Mindan. de process. L. 1. c. 26. n. 5.*

Et hæc de Venatione, non quæ volui, sed quæ potui,
dixisse sufficiant.

DEO SIT LAUS ET GLORIA.

*Superpondii loco hoc adscribo, quomodo sit intelligen-
dum illud Ulpian, in l. ii. §. fin. de act. empt.
Pantheram ab aucupe emere. Quidam accipiunt
vocem τᾶνθηρον in neutro genere, eandemq; rete
esse putant, quo universæ aviculæ capi possunt.
Verius ego puto, τᾶνθηρα in fœminino genere
universam significare venationem, quæ explica-
tio magis conveniens est, verbis precedentibus
d. leg. Henric. Salmuth. ad nov. repert. Pan-
ciroll. Tit. 12. p. m. 707.*

Præstantissimo & eximiè Erudito Dn. Re-
spondenti amico suo plurimùm æstimando

S. D.

*Q*ui vario, doctè tractas, Schneidere, lepore,
Jureq; venari lepores queat bicce vel ille?

Quid

*Quid precer ? innumeros lepores variosq³ lepores
Et Themidis Veneruq³ ferant secla aurea ! Tantum.*

Deproperabat

Godfried Fiebig D.

A *Rdua dum tractas exactè Jura Venandi,
Qua quaeso Merces digna Laboris erit ?
Tanto pro Studio capies cum Fœnore Fructus ;
Quos ut concedat Mæsis opima precor !*

Doctissimo Domino **Schneider** Symposi-
litæ, Commensali & Amico meo dilec-
tissimo ita gratulor

**Johannes Krull Hallensis
Saxo.**

V *Enator licet assiduo certamine tentet
Venando celeres per juga summa canes :
Ipsi vana tamen promittunt retia tensa ;
aut hic silvipotens pauca Diana dabit.
Sed quid cum canibus Tibi ? Tu versaris in agris
Doctorum ac Leges sedulitate colis.
Perge modò, venare vigil ; donabit honores
Alma Themis Tibi vel grata Minerva dabit.*

Hæc affini suo dilecto

**Sigismundus Findekeller
Dresdensis.**

D *Ulm Themidos clypeo galeâq³ Palastra Palastram
Instructus forti pectore fortis adis,
Ac ibi, num Reges venandi, jure, colonis
Jura adimant hodiè, discutis ingenio
Schneidere : Ex animo tantos tibi gratulor ausus
Ut fias patriæ lux columenq³ precor.*

Amico & Contubernali suo sincerè
dilecto raptim fundebat

**Johan - Georgius Ayrer
Dresdâ - Misnicus.**

Handwritten scribbles in blue ink, possibly initials or a signature.

Handwritten text in blue ink, possibly a name or title, partially obscured by other markings.

Printed text, likely a title page or preface, containing Latin phrases and the name Johannes Krull Hallensis Saxo.

Printed text, likely a preface or introduction, containing Latin phrases and the name Sigismundus Fiedlerkeller Dresdenis.

Printed text, likely a preface or introduction, containing Latin phrases and the name Johann-Georgius Seyer Dresdenis.

Handwritten text 'f. 12v' in blue ink at the bottom left.

Handwritten text 'm.c.' in blue ink at the bottom right.



Sturus ini
Christi cu
de V. J. En

○ Mni
deb
id, de que
Bl. in pralu
vil. & crim
dum puto

Defi
nalem: &
ri operam
ris descen
tur, prius
mus, ut pa
pian. in l. 1.
nalis reali

Porro
consistat:
mia, de fir

Prius
est illud;
verò tam
rud. l. 116. a
lit, solem
siquidem
disputatio
Cui malo,

In que
nationis fi
capita illar
que venati

ostri Jesu
ica. l. 3. G.

nstitutio;
r, quid sit
m sequitur
ud. caus. ci-
hi paren-

n Nomi-
, cum ju-
omen ju-
sse cense-
pervenia-
idem ill-
ur nomi-

um cum
Synony-
dum.

nim satis
er. Nihil
15. de Ju-
o qui tol-
ridicula
vaderet
exaudiat.

abuli ve-
to tamen
nitur ita-

VI. Im-

